S. CAMPVS ELYSIVS.

versità
rtimento d
II
8





Biblioteca dell'Istituto Botanico
dell'Università - Bari

Serie T. N. 8

Scaffale 2
Piano C
N. 4

à di Bari
di Biologia

rgange

LIBRI 269443

E. CHIOVENDA — ★ — BIBL.

ISTITUTO DI BOTANICA
BARI
UNIVERSITÀ

N. d'inv. 2327

CAMPVS

ELYSIVS GALLIAE AMOENITATE REFER
tus: in quo sunt medicinæ composi
tæ, herbæ & plantæ uirentes: in
quo quicquid apud Indos,
Arabes, & Pœnos
reperitur,

apud Gallos reperiri posse demonstratur: à Domino Symphoriano Campegio Equite Aurato, ac Lotharingorum Archia=trò composi=tus.



LVGDVNI
IN ÆDIBVS MELCHIORIS ET GA-
SPARIS TRECHSEL FRATRVM.
M. D. XXXIII.

SYMPHORIANI CAM

PEGII DOCTORIS INSIGNIA

Exaſticho decorata.



Campegio laudem quærent hæc Symphoriano
Signaq́; cum factis haud moritura ſuis.
Miles & eſt ſapiens, & Apolline doctus utroq́;,
Virtutis ſigna & nobilitatis habet.
Nec certam dicas partem quæ uincat in ipſo,
Nobilis eſt medicus temporis huius honos.

INDEX

EORVM QVAE PRAECIPVA IN HOC ANTIDOTARIO CAMPI GALLICI CONTINENTVR.

A

Aër salubris in Gallia. in procœmio.
Atræ bilis digestiua. libro 1. capite 5.
Atræ bilis eductiua. libro 1. capite 10.
Apoplexiæ clysteria. libro 1. cap. 11.
Absterſiuum clyſtere. lib. 1. ca. eodē.
Alterantia caput. lib. 2. ca. 1.
Alterantia pectus calefaciendo. eodem. ca. 3.
Alterantes cor. lib. 2. ca. 5.
Alterantes uentriculum. lib. 2. ca. 7.
Alterantia iecur calefaciendo. lib. 2. ca. 9.
Alterantia renes. lib. 2. ca. 12.
Alterantia matricem. lib. 2. ca. 14.
Alterantia iuncturas. lib. 2. ca. 17.
Arthanitæ ſyrupus. lib. 3. ca. 9.
Aromaticum rutaceum. lib. 4. ca. 2.
Aromaticum ſampſuccinum. lib. 4. ca. 3.
Aromaticum libanotidis. eodem. ca. 1.
Aromaticum contra peſtem. eodem. ca. 5.
Aromaticum roſatum. eodem. ca. 6.
Alabaſtrites lapis. lib. 5. ca. 1.
Auri proprietas. eodem. ca. 9.

Argenti proprietas. lib.eodem.cap.10.

B

Bilem atram digerentia. lib.1. ca.5.
Bilem flauam educentia. lib.1. ca.7.
Bilem atram educentia. lib.eodem. ca.10.
Balneum in dolore renum. lib.2. ca.12.

C

Corporis humani elementa. lib.1. ca.1.
Clysteria multa. lib.1. ca.11.
Calefacientia splenem. lib.2. ca.11.
Cyclaminis syrupus. lib.3. ca.9.
Calcidonius lapis. lib.5. ca.2.
Crystallus. lib.5. ca.5.
Corallus. lib.eodem. cap.6.

D

Digestionis species & diffinitio. lib.1. ca.2.
Digestiua pituitæ. lib.eodē. ca.4.
Digestiua flauæ bilis. lib.eodē. ca.3.
Digestiua atræ bilis. lib.eodē. ca.5.
Damascenum rosatum. lib.4. ca.6.
Dyamargariton. lib.eodē. ca.7.

E

Elementa corporis. lib.1. ca.1.
Electuarium lenitiuum. lib.1. ca.10.
Electuarium libanotidis. lib.4. ca.1.
Electuarium rutaceum. lib.eodē. ca.2.
Electuarium sampsuccinum. lib.eodē. ca.3.
Electuarium thymbræ. lib.eodē. ca.4.

Electuarium contra pestem. lib.eodē. ca.5.

F

Flauam bilem digerentia. lib.1. ca.3.
Flauæ bilis solutiua. lib.eodē. ca.7.
Fumariæ herbæ syrupus. lib.3. ca.7.
Ferri natura. lib.5. ca.11.

G

Galliæ laudes. in proœmio.
Galliæ pomaria. eodem.
Galliæ horti pulcherrimi. eodem.

H

Hortorum pulchritudo. in proœmio.
Humani corporis elementa. lib.1. ca.1.
Homo contingenter sanus. eodem.
Humores quatuor. eodem.

I

Iecur calefacientia. lib.2. ca.9.
Iecur infrigidantia. eodē. ca.10.

L

Laudes Galliæ. in proœmio.
Laboriosè soluentes. lib.1. ca.8.
Libanotidis electuarium. lib.4. ca.1.
Lapidum uirtutes. lib.5.ca.1.

M

Medicamina flauam bilem digerentia. lib 1. ca.3.
Medicamina pituitæ. lib.1.ca.4.
Medicamina soluentia bilem flauam. lib.1.ca.7.
Medicinæ, quæ atram bilem educunt. eodē. ca.10.

Medicinæ pectorales. lib.2. ca.3.
Medicinæ cor calefacientes. lib.2. ca.5.
Medicinæ infrigidantes. lib.2. ca.6.
Medicinæ uentriculum calefacientes. lib.2. ca.7.
Medicinæ matricem calefacientes. lib.2. ca.14.
Matricem infrigidantes. lib.2. ca.5.
Mercurij syrupus. lib.3. ca.1.
Metallorum natura. lib.5. ca.8.

N

Natura aromaticæ thymbræ. lib.4. ca.4.
Natura margaritarum. lib.5. ca.1.

O

Ocularis lapis. lib.5. ca.7.

P

Pulchritudo hortorum Galliæ. lib.1. ca.1.
Polypodij syrupus. lib.3. ca.6.
Puluis specierum libanotidis. lib.4. ca.1.
Puluis specierum aromatici rutacei. lib.4. ca.2.
Puluis aromatici sampsuccini. eodem. ca.3.
Puluis specierum aromatici tymbræ. eodem. ca.4.
Puluis contra pestem. lib.4. ca.5.
Puluis specierum dyacoralli. lib.4. ca.8.

Q

Quid digestio apud Aristotelem. lib.1. ca.2.
Quæstio digna notatu. lib.1. ca.6.
Quando homo sanus. lib.1. ca.1.

R

Renes confortantia. lib.2. ca.13.

Regis

Regis Persarum syrupus. lib.3. ca.5.
Rutacei aromatici. lib.4. ca.2.

S

Solutiua quomodo soluunt. lib.1. ca.6.
Solutiua pituitæ. lib.1. ca.9.
Solutiua atræ bilis. lib.1. ca.10.
Stomachum infrigidantia. lib.2. ca.8.
Splenem calefacientia. lib.2. ca.11.
Syrupus mercurij. lib.3. ca.1.
Syrupus sambucinus. eodem. ca.2.
Syrupus corimborum sambuci. eodem. ca.3.
Syrupus de succo rosarum. eodem. ca.4.
Syrupus de polypodio. eodem. ca.6.
Syrupus regis Persarum. eodem. ca.5.
Syrupus fumariæ herbæ. eodem. ca.7.
Syrupus de agarico. eodem. ca.8.
Syrupus arthanitæ. eodem. ca.9.
Syrupus ireatus. eodem. ca.10.
Syrupus regis Medorum. eodem. ca.11.

T

Thymbræ electuarium. lib.4. ca.4.
Theophrastus de lapide lazuli. lib.5. ca.3.

V

Vnguentum calefactiuum capitis. lib.2. ca.1.
Vnguentum infrigidans caput. eodem. ca.2.
Vnguentum infrigidans pectus. eodem. ca.3.
Vnguentū contra caliditatē pectoris. eodem. ca.4.
Vnguentum pro corde. eodem. ca.5.

Vnguentum frigidum cordiale. eodē. cap.6.
Ventriculum calefacientia. lib.2. cap.7.
Vnguentum contra uomitum. eodem. cap.8.
Vnguentum calefaciens Epar. eodem. cap.9.
Vnguentum infrigidans iecur. eodem. cap.10.
Vnguentum ad ſplenem. eodem. cap.11.
Vnguentum infrigidans renes. eodem. cap.13.
Vnguentum calefaciens iuncturas. eodem. cap.16.

CAMPVS

CAMPVS ELYSIVS GALLIAE, QVI ET Antidotarius liber dici potest: in quo sunt medicinæ cõpositæ, herbæ, & plantæ uirentes: amœnitate refertus: ad nobilissimum atq; undecunq; doctissimum, & imprimis obseruandiss.

D. FRANCISCVM A TVRNONE, Bituricẽsis Ecclesiæ Antistitem, Aquitaniæ Primatẽ, Sanctæq; Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.

GALLIAE PROVINCIA quàm multis, quàm magnis, ac præclaris iampridem excelleat laudibus, uir sacratissime, cernere facilius est, quàm literis prosequi. Nam opportunitate loci, ubertate agrorum, terræ ac maris ditione, cœli clementia, diuini cultus religione, disciplina uirtutis, studiorum deniq; ac literarum gloria, cum plærisq; etiam clarissimis prouincijs haud dubie cõferri possit. Quæ nam alia pars terrarum Galliæ meritò conferri potest, siue eius situm, siue perennem salubritatem, siue quicquid, quo carere uita non debet, etiam scrupulosissimè requiras? Est adeo benignè à natura parente lætus ac fertilis tributus ager, ut non modo

Galliæ laudes.

Aer salubris in Gallia.

indigenarum, inquilinorum, & aduenarum alimonias frugumq; copiam abundè suppeditet, uerumetiam finitimis ubertatem elargiri queat. Gallia enim famosa est multitudine uinetorum, & baccho, ut uidetur, imprimis sacra. Quid diuersa pomorum genera, syluas, herbas & reliqua arbusta loquar? ea non solum quæ ad uictum utilissima, sed etiam quæ ad salutem hominum conferre uidentur, infinitas usibus hominum commoditates apportãt. Pratorum uiriditas lætissima, & pabuli copia, cùm amœnum quendam uisentibus aspectum, tum uerò gregibus & armentis, sine quibus agri colendi modus haberi nõ potest, ingentes quasdam utilitates afferunt. Hortorum pulchritudo, spacioſa iucunditas, quasi nutrix sedula quotidianos prouentus ita largè subministrat: ut herbarum medicinaliũ & florum ubertas, dulcia quædam uitæ condimenta largiatur. Et ut paucis omnia cõplectar, Gallia omnium rerum, quæ ad uictum & uitæ cultum pertinent nulli cedit. Quapropter in hoc Antidotario Gallico medicinas benedictas, uenenosas, aromata ac liquores, quibus medici utuntur, reperies: additis, quæ conuenire uidebantur Gallis ægrotantibus: ex probatissimis, quantum potui scriptoribus, & imprimis Dioscoride luce doctrinarum splendidissima: quorũ uerba sæpiusculè inter legendum notabis, nec de omnibus, sed quæ crebra lectione occurrerũt, memoria ingeniũq; suggessit, his equidem multa: illa uerò quàm plurima apes ex floribus herbantibusq; pratis mellilegulis secutus in schedulis calamo digessi. Complura fateor me uel addere Galliæ medicamẽtis uel diffusius scribere de illorum

Gallię pomaria.

Pulchritudo hortorum in Gallia.

Dioscorides vir militaris.

Autoris excusatio.

rum plantis potuisse: quorum quibusdam consulto, ne in immensum opus crescceret imperaui, quædam cum obsoletâ tum nimis triuialia minimè conuenire uisa sunt. Præterea alius alio plura & scire & rimari potest, nemo omnia: homines sumus. Mihi autem satis est huius materiæ, quam publicæ utilitatis ergô suscepi maximã partem tradidisse hoc breui Antidotario. Quamobrem si has meas nugulas non improbaueris, sublimi feriam sidera uertice. Noui enim ingenij tui acumen: noui acerrimum illud tuum ingeniũ. In te nanq; summa doctrina & lepos uiget Atticus, musarum (ut dicunt) eloquio comparandus. Vale igitur & Campegium tibi addictum excipe.

LIBER

LIBER I.

DE QVATVOR CORPORIS humoribus noſtrum corpus diſpenſantibus.

CAPVT I.

Elemẽta corporis humani.



CORPVS humanũ quatuor conſtare elementis receptum à cunctis eſt. Sanguine, inquam, Pituita, Flaua, & Atra bile. Hæc (ut ſacræ ſcripturæ ferunt) ante primi hominis culpam tanta armonia cõtinuata erant, ut ex ipſis neq; mors, neq; morbus, neq; moleſtiæ quicquam emergeret. At ſoluta hominis in deum obediẽtia, ſoluta eſt & humorum huiuſmodi pax, diſſipata cõcordia. Cum igitur ſibi hæc elementa conſtiterint, conQuãdo homo ſanus, quando vero æger.

quieuerintq;, tum ſanus homo eſſe perhibetur. Cum uerò inuicem ſeſe protrudunt redundantia, & ſubſtractione, tum demum mortales morbo oblangueſcunt, redundante aut ſubtracto humore, altero humore imperãte, altero autem oppreſſo. Eſt etiam cum duo miſcentur elementa, ut in ſynocho febre, ſeu continua, nempe flaua bilis cum ſanguine miſcetur, fitq; tumultus animali ingens, & morbus intolerabilis, ut etiam pulſus in ipſa quatuor diuidatur elementa, principiumq; illinc nanciſcatur. Proinde qui mortales ingentes ac celeres motus habent pulſuum, id ex imperio habent humorum, flaSigna humoris ſupabundãtis ex pulſu.

uæ inquam bilis & ſanguinis. Qui uerò molliter aliquo

quo pacto atq; clementius mouentur, id propter pituitæ, & atræ bilis esse deprehenditur incrementum. Verno tempore crescit sanguis, febris de humoribus nascitur extrarijs. Aestate bilis rufa alitur, quæ acutas excitat febres, causona, cõtinuam, tertianam. Autumno alitur bilis atra, unde stomachi pituita febresq; ex atra bili. Qui per hyemem atrocius ægrotant, aduentãte Vere plerũq; moriuntur, quia quos humores noxios cogebat, contrahebatq; frigus, eos calor relaxat: & quia defluere non queunt, iam dilabantur necesse est. Et quia triplex, ut Celso placet, est medicina, una quæ uictu, altera, quæ medicamentis, tertia, quæ manu medetur: primam dieteticam, secundam pharmaceuticen, tertiam chirurgicen Græci nominarũt. Et quia pharmaceutica medicamentis homines curat, tuetur, iuuat, languenti salutem atq; incolumitatem præstat, & quod uerè diuinum est, mortuos quodammodo medicinali ope à pernicie, atq; ab interitu uendicat, & omnia perspicuis & certißimis documentis ostendit: hanc qui uerè & salubriter profitentur, summis sunt honoribus efferendi, & omni laude decorandi.

Temporum natura.

Triplex medicina.

Pharmaceutica medicina omnia certissimis documentis ostendit.

DE DIGESTIVIS.

CAPVT II.

CONCOCTIONEM siue digestionem diffinit Aristoteles Metheororũ quarto, factam esse à naturali & interna caliditate in humidum & siccũ oppositapaßiua agente perfectionem, quemadmodũ est pomi aut Cerasi maturatio. Hæc siquidem qualitates paßiuæ humidum & siccũ unicuiq; mixtorũ propriæ & naturales

Quid digestio secundũ Aristotelem.

rales inueniũtur: cũ mixtũ quodcũq; ex quatuor adinuicem tẽperatis qualitatibus constet: et sunt uniuscuiusq; mixtorum materia. Recte igitur dictũ est digestionẽ fieri in passiuis humido & sicco. Et cũ quicquam fuerit digestum, iam perfectum est, antequã uerò digestũ esset, erat imperfectum. Illius autẽ perfectionis caussa efficiẽs propria est & naturalis ac interna caliditas, in qua fit digestio, nã quãuis interdũ digestio ab externis, ut alimento, aut balneo iuuetur, tanquã auxiliaribus & minus præcipuis caussis, sicut maturatio à calore solis, præcipuũ tamen efficiens eius interna est caliditas: secundum quam digestionis acceptionẽ tres enumerauit species Aristoteles. Prima Epsesis, quæ fit ab extra. Alia Pepansis, quæ ab intra, ut calidum in se digerens est. Optesis postrema species, quæ ab extra fit, pariter & ab intra simul. Et ex opposito tres ponit indigestionis species, scilicet, Homotes, Molinsis & Statensis. Verũtamen medici alia intẽtione digestione utũtur. Auicẽnas ita diffinit. Digestio est subtilis substãtiæ per ingrossationem, & grossæ per subtiliationẽ æquatio. Razes Pœnus XVI. continentis medici intentionem in digerẽdo putat esse subtiliare solum: inde est quòd humor eo autore calidus digerendus nõ est. Est enim, cum sit subtilis, sufficiẽter digestus. Et hac ratione Razes raro præmittit digestiua euacuatiuis, siue sit calida materia, siue frigida. Quod tamẽ satis uidetur esse dissonũ Hippocrati & Galeno & præsertim in materia frigida, pituita & atra bile. Quod ut facilius succurratur, qui praxi dare operam nituntur, cõmune sectando iudicium præmittã quam primũ uniuscuiusq;

A sola interna caliditate fit digestio.

Tres species digestionis. Epsesis. Pepansis. Optesis.

Digestio quid secundum medicos.

Razes raro præmittit digestiua euacuatiuis.

Razes non tenetur.

iusq; humoris familiare & proprium digestiuum, & subsequentur hincinde solutiua. Nec puto me esse uitupe rãdum si adducam solum quæ in Gallia, aut certe in Italia uel Germania, quæ sunt nostris cõmunia & familia= ria. Difficile etenim est quod ab India, Arabia, & ab ex= tremis mundi regionibus apportatur, conquiescere, si quod in Gallia, Italia fuerit, ignotum sit. Itaq; apertius fit introitus, si ab internis & communioribus, ad extra= nea & minus communia processum sit.

Quæ nobis familiaria citius amplectenda sunt.

SIMPLICIA MEDICAMINA, quæ flauam bilem digerunt.

CAPVT III.

VIOLA, Endiuia quæ est Scariola, Rosa, lactu= ca, citrulus, cucurbita, cucumer, melon, & illo= rum semina, berberus, capillus ueneris, epatica, succus granatorum, acetum, papauer, nenuphar. Composita uero hæc idipsum efficiunt, Syrupus endiuiæ, Syrupus de nenuphare, Syrupus uiolatus, Syrupus rosatus, Oxizaccara, Syrupus acetosus simplex & composi= tus, Syrupus de acetositate citri, Syrupus de limonibus, Syrupus de granatis, Syrupus de iuiubis, Syrupus de succo acetosæ, Syrupus de agresta, Syrupus de papa= uere. Conueniret itaq; ista noua syrupi compositio male affecto febre tertiana, quæ ex flaua bile exoritur.

Flauam bilem digerentia simplicia.

Accipe endiuiæ siue scariolæ non lotæ, epaticæ, la= ctucæ, singulorum M. 4. seminum frigidorum maiorũ singulorum unciam dimidiam, florũ uiolarũ, nenupha= ris, singulorum drachmas tres, uini malorum grana= torum

Magistralis syrupus.

torum uncias 2. panis sacchari quartos tres: fiat ex his syrupus perfectè coctus, deinde clarificatus, ad libram unã: quo utatur serò & manè. Si autẽ esset necessarium ordinare syrupum festinum, fac hoc pacto. Accipe syrupi endiuiæ, siue scariolæ uncias 2. syrupi uiolati unciam unam, syrupi acetosi uncias 2. cum dimidia: misce, bibat manè & serò unciam unam syrupi, cum uncijs duabus aquæ lactucæ, aut scariolæ.

Syrupus festinus.

DIGESTIVA PITVITAE.

CAPVT IIII.

Pituitam digerentia simplicia.

SIMPLICIA digestiua pituitæ, sunt: betonica, pulegium, calamentũ, hyssopus, satureia, scabiosa, maiorana, menta, serpillum, origanũ, melissa, peonia, mel & aquæ eorũ, saluia: quinq; radices, quæ sunt fẽniculi, apij, petroselini, asparagi & bruscí: ruta, semen anisi, bedeguar, scilla & aliæ complures calidæ & aridæ. Compositæ autem, syrupus acetosus compositus, syrupus de bizantijs, mel rosatũ, oximel simplex, syrupus de hyssopo, syrupus de liquiritia, syrupus de eupatorio, syrupus de praßio, syrupus de absynthio, oximel squilliticum, syrupus de calamẽto. potest itidem iste syrupus fieri. Accipe quinq; radicum singulorum uncias duas, radicum raphani unciam unam, scolopendriæ siue linguæ ceruinæ, capillorum ueneris singulorum M. 1. florum borraginis, rosarum, singulorum unciam dimidiam, sacchari, quod sufficit, fiat syrupus. Id est summè annotandum, ne syrupi huiusmodi, aut quæ loco syruporum administrantur, exhibeantur tepidi: dicente Galeno octauo Methodi. Tepida quoque exoluunt robur uirtutis,

Magistralis syrupus.

Syrupi non sumãtur tepidi. Galenus.

tis, tepida nanq; laxando os stomachi nauseam siue uomitum inducunt.

DIGESTIVA ATRAE BILIS.
CAPVT V.

Bilem atrã digerentia.

SIMPLICES medicinæ atræ bilis digestiuæ communerãtur esse plurimæ: hæ sunt, uinum aromaticum, borrago siue buglossa, lingua ceruina, fumaria herba, rubea tinctorum, tamariscus, thymus, epithymus, rosmarinus, passulæ, cucusta, camedreos, gramen, liquiritia, lupinus, agnuscastus, amygdalæ amaræ, nigella, pimpinella. Composita digerentia atram bilem sunt huiusmodi, syrupus acetosus simplex & compositus, oximel squilliticum, mel rosatum, syrupus fumariæ herbæ, syrupus de epithymo, syrupus de borragine, syrupus linguæ ceruinæ. Potest itaq; de nouo fieri syrupus in hũc modũ. Accipe corticis radicum feniculi, petroselini, bruscі, asparagi singulorum uncias 2. radicum apij, raphani singulorum unciam 1. medianæ corticis, tamariscі, fraxini & genestæ singulorum unciam dimidiam, anisi, maratri, seminis portulacæ, melonũ, camedreos, ceterac, pollitrici, endiuiæ siue scariolæ singulorum unciam 1. aceti albi uncias 2. liquiritiæ rasæ, uuarum passarum, florum borraginis singulorum unciam dimidiam, mellis rosati librã unam: tẽperatis radicibus & corticibus in aceto fortissimo per noctem fiat syrupus perfectè coctus, & clarificatus ad libram unam cum dimidia.

Magistralis syrupus.

DE SOLVTIVIS.

CAPVT VI.

Medicina quia similis trahit humores.

GRæci ac antiqui omnes unanimiter medicamentum purgandi uim habens adtractis humoribus esse simile adserunt: quam opinionem tenuimus libro secundo nostrarũ castigationum capite primo contra Auicennã & Mesuem. Sed nũc scisciari posset quis, an ueniat materia digerenda, quæ nec quantitate peccat nec qualitate, quam tamen soluere est licitum. Nam modo digerenda uenit, modo non, quæ tamen soluenda est materia. Si turgeat & furiosa est, tũc educenda nec expectãda concoctio: si autem non turget nec furiosa est, & adhuc existit multa aut pauca. quòd si sit multa, tunc debet absq; cõconctione solui: præsertim aliqualis portio ut potẽtior sit natura in id quod reliquum est. Satius est enim non coctam euacuare, quàm impediri naturam in sua concoctione. Si uerò materia est pauca, uel natura satis potens perpenditur ad illam digerendã: aut euacuatur per leue pharmacum, aut forte. Si leuis euacuet medicina, potest tunc hæc tantũ digerere per aliquam sui potentiam, quantum educit, ueluti sunt catapotia ante cibum, possunt tunc hæ medicinæ dari ante cõcoctionem, cum id omne digerant, quanti sunt solutiuæ, si uero forte sit pharmacum, uenit tunc digerenda prius materia quàm euacuetur. Sed si forsitan quidam importunus cauillator quærat, an ex flaua bili correpti febre curari debeant cũ solis alterantibus remedijs iuxta Galeni placita, an cum fortioribus medicamẽtis iuxta iuniorũ medicorum

Quæstio digna.

Si materia turget uel est multa absq; concoctione educat.

Materia pauca pharmaco leui educatur.

Catapotię ante cibum possũt ante concoctionem exhiberi.

Quæstio notatu digna.

dicorum usum. Ad hanc quæstionem diluendam tres potissimum antiquorum opiniones adducam: prima erit Galeni sententia, secunda Cornelij Celsi, tertia uerò Oribasij Sardiani. Hippocrates ita primo aphoris. XXIIII. præcepit, cum ait, in acutis passionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cũ præmeditatione faciendum. Neq; tamẽ temere id fecisse Hippocratem constat, quãdo Galenus in eius aphorismi explicatione ita scribit, In ægritudine autem acuta, nõ nisi in principio pharmacia dãda est, id est, in die prima uel secunda ad plus, quia non est tantum spacium ut corpus ad hoc paretur suscipiendũ. hæc Galenus. Et paulò post, neq; periculum minimum in morbo acuto uti purgante medicamento, cum omnia id generis sint potentia calida. Febris enim, quatenus febris est, & sui ratione, nedũ calefaciẽtibus atq; exiccãtibus, sed potius cõtrarijs, hoc est humectãtibus & refrigerãtibus egeat. hæc Galenus. Cornelius Celsus latinus Hippocrates lib. II. capi. XI. ita scribit. Ergo nũquã in aduersa ualetudine medicamẽtũ eius rei causa recte datur, nisi ubi is morbus sine febre est. At ubi febres sũt, satius est eius rei causa cibos potiones q; assumere, qui simul & alant, & uentrem molliãt. Eadem uult Galenus libro primo ad Glauconem & lib. X. methodi capi. V. Et Oribasius in medicinæ compendio ait. Crudi autem existentes humores, antequam inciant generare ægritudines, cautè sunt euacuãdi: iam autem febrientes nullo modo. Galenus igitur, Celsus, & Oribasius manifestissime docent in tertiana febre id ma-

Galeni uerba nota bene.

Celsus latinus Hippocrates.

Oribasius.

gis conari debere medicum, ut cõtrarijs qualitatibus febrem oppugnet, quàm ut quomodolibet euacuet: quando euacuationes istæ subinde plus qualitate noceant, quàm expurgando prosint. Et id etiam uoluit ille Auerrhous Cordubensis lib. VII. sui colliget cap. XI. in hũc modum. Et scimus certissimè quòd natura habebit dominiũ supra hunc humorem, & propter hoc nõ debemus eum mouere cum medicinis adtractiuis, quia uirtutem debilitant, & augent caliditatem febrilem & siccitatem. Et si aliud non induceret nocumentũ, nisi conamen surgendi & decumbendi, modicum non inueniretur, quia complexio inde supercalefit, & debilitatur. Sed apparente signo digestionis, non est malum dare medicinam quæ habeat lenire materiam & humectare. hæc Auerrhous. Sed nemo est qui ignoret, quàm omnes fermè nostri seculi medici id maxime conentur, ut in febribus arsiuis, tertiana etiam syncera & exquisita (ut hoc anno M II. CCCCC & XXXII. apud Lugdunum uidimus) nõ semel nec in prima uel secunda die, sed in quarta & sexta die, iterum atq; iterum purgantes medicinas ex Reubarbaro ac trifera illa persica iterum purgantes medicinas propinent: unde plures iuuenes, & quidem robusti ad campos ut dicitur Elyseos missi sunt. Quàm uerò erroneum fuerit, primum Galeni testimonio, deinde Celsi ac Oribasij testimonijs ac ratione una, aut altera demõstrauimus.

Auerrhous.

Tempore digestionis dandũ pharmacum.

Notatu dignum.

SIMPLICIA SOLVTIVA BILIS flauæ benedicta.

CAPVT VII.

SOLVTIVA *simplicia benedicta, quæ in Gallia reperiũtur, sunt manna Briãsonis, succus rosarũ, aqua casei, uiola, mercurialis, polypodium, cartamus, fumaria herba, pruna, malua, atriplex. Est & hoc nouum pharmacum flauæ bilis eductiuum.* Bilis flauæ solutiua.

Accipe mercurialis M. I. *& semis, polypodij quercini concæsati unciam dimidiam, herbæ fumariæ* M. *semis, prunorum* VI. *numero, maluæ* M. *semis, fiat decoctio fortis ad lib.* I. *ex qua accipe uncias* VI. *dissolue in ea succi rosarũ, mannæ Brianſonis añ unciã unã: capiat in mane hora magis quieta ante pastũ horis duabus.* Magistrale pharmacum.

Aliud. Accipe herbæ fumariæ, uiolariæ, maluæ, mercurialis, attriplicis singulorum M. *dimidium, polypodij cõcassati drachmas* III. *fiat decoctio in lib. dimidia aquæ lactis usq; ad consumptionem quartæ partis, tandẽ exprimãtur omnia & in dicta decoctione dissoluãtur mãnæ Briãsonis & succi rosarum singulorum uncia una, syrupi uiolarum uncia dimidia, fiat potus, capiat de mane hora magis quieta.* Aliud.

Electuarium lenitiuum flauam bilem euacuans. Accipe uiolarum, capillorum ueneris, ordei, singulorũ M. I. *passularum uncias tres, iuiubarũ, sebesten singulorũ numero* XX. *liquiritiæ unciam dimidiã, prunorum uncias duas, polypodij concassati uncias* 4. *misce, & fiat decoctio ad cõsumptionẽ tertiæ partis, deinde addãtur succi mercurialis unciæ* 3. *bulliãt bullitione una, & coletur &* Lenitiuũ electuarium & nobile.

dissoluatur pulpæ prunorum recentium libra una cum dimidia, sacchari uiolati unciæ 6. coquendo lento igne semper mouendo cum spatula: & adde pro qualibet libra electuarij uncias 3. mannæ Brianſonis, & fiat electuarium ſecundum artem.

Mercurij electuarium.

Electuarium mercurij flauam bilem euacuans. Accipe prunorum damaſcenorum bene maturorum lib. 2. buliant uſquequo diſſolui uideantur, tunc ab igne deponantur, & ab aqua extrahantur, & in cribro manibus fricẽtur, & paſſentur: poſtea in aqua in qua pruna decocta fuerant ponantur unciæ 3. ſucci mercurialis cum uncia 1. ſucci uiolariæ, & iterum bulire permittantur, & fiat ſyrupus cum duabus libris ſacchari: in quo ſyrupo lib. 1. & ſemis de pulpa prunorum ponatur, & ad ſpiſſitudinẽ decoquatur cum ſpatula ſemper agitando.

SIMPLICIA LABORIOSE SOLVENTIA flauam bilem, in quibus (ut uerbis Meſſue loquar) eſt uenenoſitas.

CAPVT VIII.

Soluentia laborioſe uenenoſa.

ELLEBORVS, cataputia, cucumer ſeu elateriũ. Iſta pharmaca periculoſa ſunt, quemadmodũ & ſcamonium. Et eſt ſcamonio uis liquoris & natura per inferna bilem purgare, purgat & ueratrũ bilem ac pituitam, trahit & cataputia elaterium celerrimè, & pituitam & bilem pariter trahit. in ſcamonio eſt uenenoſitas mordicatiua faciens ſubuerſionem. Eſt & in elleboro ſubuerſio, & ſternutamenta cit, & à ſcamonio & elleboro cauere hominibus melius eſt: fortius tamen ueratro eſt ſcamonium, ut Galeno placet. Quapro-

Scamoniũ fortius eſt ueratro.

pter

pter sapienter dicebat de pharmacijs exsoluentibus in libro de uniuerso Plato in hunc modum. Tertia uerò commotionis species tunc demum, cum summa cogit necessitas utilis, aliter uerò nullo modo sanæ mentis homini suscipienda. medicorum illa purgatio est, quæ pharmacis, id est solutiuis medelis fieri solet: morbi enim nisi periculosissimi sunt, pharmacis irritandi non sunt. Hæc ille. Plato de pharmacijs.

DE SOLVTIVIS, QVAE pituitam exoluunt.

CAPVT IX.

SIMPLICIA, quæ pituitam soluunt sunt, Agaricus, cartamus, aqua cauliũ, sambucus, ebulus, polypodium, mercurialis, fumaria herba. Et potest itidẽ porrigi id pituitæ. Pituitę solutiua.

Solutiuum facile. Accipe florum borraginis, uiolarum singulorũ unciam dimidiam, cartami conquaßati drachmas 2. florum sambuci & ebuli singulorũ drachmas 3. fumariæ herbæ M. semis, polypodij quercini conquassati drachmas 2. fiat decoctio in qua dissolue mãnæ granatæ unciã 1. agarici albi & leuis briãsonis drachmã 1. syrupi rosati unciã semis: fiat potus, capiat ĩ mane. Magistrale pharmacum.

Electuarium dyagarici pituitam euacuans. Accipe passularum ex corintho uncias 2. prunorũ, iuiubarum, sebesten singulorũ numero XX. liquiritiæ rasæ unciã dimidiã: polypodij uncias 3. misce, & fiat decoctio ad cõsũptionẽ tertiæ partis, deinde addatur succi foliorũ sambuci, ebuli, & mercurialis singulorũ uncia 1. semis, bulliãt bullitione una & coletur, & dissoluatur agarici albi Electuarium dyagarici.

& leuis uncia dimidia, ſacchari albi uiolati uel candi unciæ 8. coquendo lento igne ſemper mouendo cum ſpatula: in fine adde pro qualibet libra electuarij uncias 3. mãne Brianſonis, & fiat electuarium ſecundum artem.

Solutiua phlegmatis in quibus eſt ueneno ſitas.

Solutiua fortia, in quibus eſt uenenoſitas, quæ in Gallia reperiuntur, & quæ euacuãt pituitam ſunt, ueratrũ, laureola, eſula, cataputia, elaterium, hermodactyli, ireos: quæ ob uiolentiã & moleſtiam, quas faciũt, relinquimus.

MEDICINAE, QVAE ATRAM BILEM educunt in Gallia repertæ.

CAPVT X.

Atrę bilis ſolutiua.

SImplices medicinæ atram bilem ſoluentes, epithymus, fumaria herba, borrago, polypodium, lupulus, cartamus.

Medicamentum educens bilem atram. Accipe thymi, epithymi, cucuſtæ, ſingulorum unciam dimidiam: florum borraginis, uiolarum, ſingulorum drachmas 3. polypodij quercini unciam dimidiam, prunorum numero 16. paſſularum unciam 1. & ſemis, ſeminis aniſi, fęniculi, ſingulorum unciam dimidiã, ſeminis petroſelini, apij, ſingulorum drachmas 2. camedreos, linguæ cerui næ, ſingulorum M. ſemis, fiat ex his decoctio ad quartã, in qua diſſolue mannæ Brianſonis uncias 2. agarici albi & leuis ſcrupulos 2. ſyrupi herbæ fumariæ unciam dimidiam, fiat potus, detur in aurora.

Electuarium lenitiuum pro delicatis.

Electuarium lenitiuum educens bilem atram. Accipe prunorum damaſcenorum, ſucci mercurialis ſingulorũ libram dimidiam, epithymi, thymi, ſingulorum drachmas 3. ſucci herbæ fumariæ uncias 2. bulliant in libris

quinq;

quinq; aquæ usque ad consumptionem tertiæ partis, & colaturæ addatur manne Briansonis lib. dimidia, prunorum alborum unciæ 7. buliant lento igne & claro usq; ad spissitudinem, deinde addantur candi pulueri zati unciæ 6. penidiarum unciæ 2. syrupi uiolati uncia 1. fiat electuarium: & est pro delicatis. Et si uis facere fortius, adde in quãtitate maiori de Agarico albo leui & electo.

Fortes medicinæ & in quibus est uenenositas purgantes atram bilem sunt, ueratrum nigrũ, esula, cataputia, & si purget primo pituitam & flauam, tertio tamen euacuat bilem atram: sed de hijs non utimur nisi ad ægritudines ultimas, de quibus Cous Hippocrates dicit. Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt, quales sunt Attonitio, quam Apoplexiam Græci dicunt, Lethargicus, Subeth, Carabitus, Ectasis, & similes malorum accidentium ægritudines.

Medicinæ fortes purgantes melancholiam.

Fortibus pharmacis non utẽdũ nisi in ægritudinibus ultimis.

Hippocrates lib. 1. aphor. 6.

DE CLYSTERIBVS.

CAPVT XI.

Vsum Clysterium in Aegypto auis quædam nomine Ibis indicauit Ciconiæ ferè similis, & ipsa quoq; serpentum pernicies, hæc rostri aduncitate per eã partem se proluit, qua reddi ciborum onera cõsueuerũt: hinc clystere facere primum didicerunt, ut scribit Galenus introductionis medicorum cap. 1. Clyster licet euacuet materiã quæ dolorem concitauit ab omnibus intestinis crassis & gracilibus, tamen inferioribus magis quàm superioris auxilio est.

Ibis auis in Ægypto.

Nota bene.

Sunt autem Clysteria alia lenitiua, alia alteratiua, alia absterſiua, alia uerò carminatiua, & alia lauatiua,

alia restrictiua, & ultimo confortatiua.

Clyster lenitiuum.

Clyster commune lenitiuum potest esse tale. Accipe maluæ, uiolarum, bismaluæ, singulorum M. 1. fiat decoctio de qua accipe uncias 12. mellis uiolati uncias 2. olei communis uncias 3. salis drachmam 1. & fiat clyster, uel loco decoctionis ponat brodium pulli uel caponis aut carnium.

Alteratiuum Clyster.

Clyster alteratiuum & lenitiuum conueniens in febribus Causonide ac magnæ inflammationis. Accipe maluæ, uiolarũ, bismaluæ, singulorum M. 1. lactucæ, scariolæ, quatuor seminum frigidorum maiorum cõquassatorum singulorũ unciã semis, fiat decoctio ad lib. 1. in qua dissolue mellis mercurialis uel uiolati uncias 2. salis drachmam 1. fiat clyster.

In Apoplexia Clyster conueniens & nouũ.

Et si esset Attonitus seu Apoplecticus fiat sic. Accipe abrotani, calamenti, origani, rutæ, saluiæ, singulorum M. 1. se. anisi, maratri, siseleos, singulorũ drachmas 3. fiat decoctio in sufficiẽti decoctiõe usq; ad cõsumptionẽ tertiæ partis, & ex decoctiõe accipe lib. 1. & semis, in qua dissolue mellis mercurialis uncias 3. salis gẽme drachmas 3. succi siclæ. uncias 2. olei castorei uncias 2. fiat clyster.

Paralyticis clyster conueniẽs.

Clyster conueniẽs paralyticis. Accipe rutæ, saluiæ, mercurialis, cẽtaureæ minoris, singulorũ M. 1. florũ, camomillæ, meliloti, singulorũ P. 1. fiat decoctio ad lib. 1. ĩ qua dissolue mellis mercurialis, mellis rosati colati singulorũ uncias 2. olei camomillæ uncias 3. salis cõis drachmas 2. succi siclæ & mercurialis singulorũ unciã 1. fiat clyster.

Carminatiuũ Clyster.

Clyster carminatiuũ uentositatis. Accipe se. aneti, anisi, maratri, cymini, carui, singulorũ unciam dimidiã,

florum

florũ camomillæ, meliloti, singulorũ P. 1. rutæ M. semis, furfuris P. 1. fiat decoctio usq; ad cõsumptionẽ tertiæ partis, de qua colatura accipe uncias 12. mellis rosati collati uncias 2. & semis, olei rutæ, aneti, & camomillæ singulorũ unciã 1. & semis, salis drachmã 1. & possent addi baccæ lauri, cẽtaurea, cartamus, seminis lini & feni græci.

Lauatiuum Clyster.

Clyster lauatiuum & absterſiuum conueniens influxibus. Accipe aquæ decoctionis ordei uncias 12. mellis rosati colati uncias 2. uitella ouorum recentium numero 2. olei communis uncias 3. fiat clyster.

Restrictiuum Clyster.

Clyster restrictiuum & consolidatiuum conueniens influxibus. Accipe Arnoglossæ, plantaginis, singulorum M. semis, siccarũ gallarũ, rorismarini, myrtillorũ, sumach, singulorum unciam semis, fiat decoctio in aqua pluuiali uel in aqua extinctionis ferri, de qua colatura accipe lib. 1. & in ea dissolue ceui hircini unciam 1. succi plãtaginis uncias 2. & postea addãtur infrascripti puluueres. Accipe gũmi Arabici, boli nõ Armeni, sed nostri pulueris, myrtillorũ singulorũ drachmam 1. fiat puluis.

Absterſiuum Clyster & cõfortatiuum.

Clyster absterſiuum cõfortatiuũ & incitatiuum appetitus. Accipe uini albi odoriferi uncias 7. urinæ pueri uncias 5. mellis rosati colati uncias 2. & semis, salis drachmã 1. olei communis uncias 3. misce, fiat clyster.

Quæstio notabilis.

Et si aliquis importunus cauillator quærat, quare in Clysteri ad Apoplexiã nõ posuimus Colocynthã Scamonium aliasq; fortes medicinas? Respondemus cum Galeno & dicimus medicinam in intestinis existentem non trahere à uentriculo nec à membris superioribus, ut ample scripsimus in libro nostro de Clysteribus.

Medicina in inteſtinis exiſtens nõ trahit a uentriculo.

DE DIRIGENTIBVS MEDICINIS & respicientibus membra.

CAPVT XII.

Cordialia. AD Cor sunt Buglossa siue borrago, acetosa, melissa, & aquæ earum, os de corde cerui.

Capitalia. Ad Caput peonia, maiorana & eorũ aquæ, folia lauri, olibanum, acorus.

Pectoralia. Ad Pectus scariola, capillus ueneris, hyssopus, passulæ, ficus, dactyli, uiolæ, amilum, pineæ, fenum græcum, iuiubæ, amygdalæ, pulmo uulpis, mel, ordeum.

Iecur confortantia. Ad Epar eupatorium, absynthium, fumaria herba, nenuphar & earum aquæ, aqua ordei, cucusta, lactuca, scylla, anysum, feniculus, daucus, semen melonum, cucurbitæ, citrulli, cucumeris.

Lienem cõfortantia. Ad Splenem lingua ceruina, tamariscus, rubea tinctorum, calamentum, cappares, cortices radicis fraxini, gentiana, cucusta, sparagus, anisum, feniculus, acorus, Daucus, assarum, scordeon, scylla.

Quæ Renes & Vesicam mundificant. Ad Vesicam & ad Renes pimpinella, lingua ceruina, saxifragia, parietaria, millefolium, milium solis, quinq; radices calidæ apij, feniculi, petroselini, sparagi & bruscí, cantarides, petro macedonicum.

Matricẽ mundificantia. Ad Matricem matricaria, arthemisia, calamentum, sauina, rubea tinctorum, pulegium.

Quæ confortant iũcturas. Ad Iuncturas acorus, scylla, aqua porri, chamedreos, polium chamepitheos, amomum, succus caulium.

LIBER

LIBER II.

DE MEDICINIS ALTERANTIBUS membra principalia corporis humani tam calefaciendo quàm infrigidando.

DE ALTERANTIBVS CAPVT CALEFACIENDO.

CAPVT I.

VETVS EST componere medicinas mos, quamuis ab aliquibus medicis improbatus. Et sane Veteres in compositionibus non excesserunt ultra sextam speciem ad summum. Hodie lasciuia medicorum eousq; procedit, ut mixta mixtis misceri uideas. quòd si tamen rem rectè quis consideret inueniet certè simplicium simplex iuuamentum: quum autē morbi multipliciter sint compositi, adparet necesse & medicinam exhibere eiusmodi, quæ tam multis affectionibus se opponat, & uerè fiat. Videntur autem rationes, quas propter cœptum est medicamina componere, multæ esse, ferè hæ.

Quare utendū est medicinis compositis.

Veteres ultra sextam speciē non excesserūt in compositionibus.

Prima ratio, quòd in eodem morbo diuersæ sint affectiones. Ratio prima.

Secunda, ut membra maximè principalia tuta sint à ui medicinæ, quæ aliàs alicui alij membro, ad quod adparata est, minimè inimica esset. 2

Tertia, necessitas succurrendi diuersis uenenis. 3

Quarta,

4 Quarta, ut si quis longè remoto membro uelit medicinam adhibere, necesse est enim, ut addat quid membro familiare, quod pharmacum eò proximè deferat.

5 Quinta, miscentur medicinæ ob mutuã cõseruationẽ.

6 Sexta, ut horribilis saporis per admixtionẽ fiat ablatio. Quapropter nunc de simplicibus medicamentis alterantibus caput calefaciendo dicemus, postea tandem ad composita ueniemus.

Calefacientia cerebrum. Simplicia igitur calefacientia cerebrum & caput sunt, ruta, saluia, maiorana, peonia, betotica, satureia, pulegium, calamentũ, serpillum, siler montanum camomilla, melilotum, feniculus, aqua uitæ, lauri fõlia, scylla. Ex istis facere possumus Embrocationes & Epithimata, Emplastra, Vnguentaq; sacculi.

Embrocatio calida. Embrocatio calefactiua capitis potest fieri talis. Accipe maioranæ, rutæ, camomillæ, meliloti, fõliorũ lauri, betonicæ, origani, singulorum M. dimidium: misce, & fiat decoctio usq; ad consumptionem medietatis, & postea fac decoctionem calidam cadere ab alto, & postea applicentur capiti panni ut humiditas remoueatur, ne actualis frigiditas inducat nocumentum, possunt etiam fieri tales Embrocationes ex oleis calidis, ut sunt oleum nardinum, laurinũ de aneto & sambuco.

Epithima calefaciens & confortans. Epithima calefãciens & confortans caput, resoluens catarrũ descendentem ad inferiora mẽbra, potest sic fieri. Accipe uini albi aromatici, aquæ uitæ, singulorũ uncias 6. salis cõmunis triti unciã 1. Liquefiat primo sal bulliẽdo, & post ebullitionem addatur aqua uitæ, & cũ opus fuerit infunde pannum lini duplum, & applica parti anteriori

teriori capitis, reiterando sæpius, si opus fuerit.

Vnguentum calefactiuum capitis. Accipe olei laurini, olei nardini, singulorum uncias 2. betonicæ siccæ, rutæ siccæ, maioranæ siccæ puluerizatarum, singularum scrupulum unum, & misce cum modico ceræ, fiat unguentum. Vnguentũ calefactiuum capitis.

Sacculus calefaciens caput. Accipe camomillæ, meliloti, florũ, anthos, betonicæ siccæ, saluiæ siccæ, rutæ siccæ, singulorum unciam 1. & semis, tere terenda mediocriter, & reponantur in sacculo de seta aut sindone, & applicetur anteriori parti capitis. Hæc tamẽ localia applicentur post notabilem & moderatam euacuationem, & in statu uel declinatione ægritudinis, nõ in principio uel augmento, nec ante euacuationem moderatã, ne uirtute sua actuali, & uirtuali caliditate attrahant materiã ad locum, & fieret error peior priore. Sacculus. Quando localia applicanda sunt.

QVAE INFRIGIDANT CAPVT simplicia.

CAPVT II.

Simplicia caput infrigidantia sunt papauer album, nenuphar, lactuca, uiolæ, ioscyamus, rosæ, acetum, & folia salicis, & succus papaueris. Et possunt fieri Embrocæ, quod irrigationem sonat, & fit aliquando per prolutionem, aliquando per distillationem supra membrum aliquod. Caput infrigidantia.

Embrocatio ergo infrigidans caput, & prohibens ascensum uaporum ad caput potest esse talis. Accipe olei rosati, aquæ rosarũ singulorũ uncias 2. aceti unciã 1. & semis: misce omnia fortiter agitãdo, & pone in aqua frigida cum ampulla, ut infrigidetur, postea Embroca Embroca. Notatu dignum.

anterio

anteriorem partem capitis, & fac ut ex alto cadat, & sic reitera secũdum necessitatem. Potest etiam fieri cum oleis frigidis & cum succis frigidis. Et non postponatur quin in embrocationibus ponatur pars aceti, ut det uiam penetrandi.

In embrocationibus semper pars aliqua aceti apponat.

Sacculus infrigidans caput. Accipe rosarum rubearum, florum uiolarum, florum nenupharis, singulorum unciam dimidiam, coralliorum rubeorũ drachmam semis, misce, pulueriza, & fiat sacculus, & quãdo opportunum erit aspergatur aqua rosarũ uel nenupharis, & applicetur parti anteriori capitis.

Sacculus infrigidans.

Vnguentum infrigidãs caput. Accipe olei nenupharis, rosati, singulorum unciam semis, succi solatri, succi semperuiuæ, succi plãtaginis, singulorũ drachmas tres, misce & in ampula agitetur, deinde adde unguẽti populeonis unciã semis, florũ nenupharis drachmas duas, tere terenda & misce, & cum pauca cera fiat unguentum addendo aceti unciã semis, & ungatur pars anterior capitis in commissura coronali.

Vnguentũ infrigidans caput.

DE MEDICINIS ALTERANTIBVS pectus & pulmonem calefaciendo.

CAPVT III.

Pulmonẽ calefacientia.

SIMPLICIA calefacientia pectus & pulmonem calefaciendo sunt betonica, praßium, hyssopus, scabiosa, capillus ueneris, liquiritia, ireos, passulæ, ficus, dactyli, enula, lilium, serpentaria, urtica, aristologia rotunda, melissa. Composita sunt syrupi ex illis compositi.

Vnguentũ cõtra frigiditatẽ pectoris.

Vnguentũ ualens contra frigiditatem pectoris. Accipe olei amygdalarum dulciũ, olei camomillæ, olei irini

singulo

singulorum unciã semis, muscilaginis, seminis lini, feni græci singulorum drachmas 2. & semis, butyri recentis unciam semis: misce, & cum pauca cera fiat unguẽtum pro pectore ante pastum.

SIMPLICIA *infrigidantia pectus & pulmonem.*

CAPVT IIII.

PECTVS & pulmonẽ infrigidãtia sunt, sebesten, papauer albũ, uiolæ, amilũ, semen papaueris albi, iuiubæ, mora celsi. Cõposita sunt syrupi ex illis cõpositi.

Vnguẽtum cõtra caliditatem & siccitatẽ pectoris. Accipe olei amygdalarũ dulciũ, olei uiolati, singulorum unciã 1. pinguedinis gallinæ, uel anatis, medullæ uituli, singulorũ uncias 2. & semis: muscillaginis, psilij, unciã semis: mise cum pauca cera, fiat unguentum, quo ante pastum unguatur. Vnguẽtum ad pectus calidum & siccum.

MEDICINAE *calefacientes & alterantes cor.*

CAPVT V.

SIMPLICES medicinæ cor calefaciẽtes sunt rosmarinus, borrago siue buglossa, melissa, crocus, corticis citri, folia citri, emula campana, ozimũ, semen maioranæ, semen basiliconis, cotula montana. Cõposita sunt, electuaria lætificãtia et aromatica, cõfectio de citro, cortices citri cõditi, conditum de buglossa, & dianthos. Medicinæ calidę cordiales.

Epithima cordiale calidum. Accipe aquarũ buglossæ siue borraginis, melissæ, singulorũ drachmas 6. seminis basiliconis, maioranæ, singulorum scrupulũ 1. croci scrupulum dimidiũ, terantur omnia & misceantur agitando in ampulla: & accipe pannum lini, & infunde, & applica regioni cordis. Epithima cordiale calidum.

Aliud. Aliud. Accipe *succi borraginis, succi melissæ, singulorũ uncias* 3. *croci scrupulum* 1. *misceantur & applica ut suprà.*

Vnguentũ pro corde. Vnguentũ pro corde. Accipe *olei spicæ celticæ, olei camomillæ, singulorũ unciã.* 1 *& semis: corticũ citri, ozimi, seminis maioranæ, singulorũ drachmam semis: croci scrupulũ dimidiũ: fiat puluis miscendo cũ pauca cera noua, & fiat unguentum, cum quo ungatur regio cordis ante pastum per horam.*

Sacculus cordialis. *Sacculus cordialis calidus.* Accipe *florũ borraginis drachmas* 3. *serici de grana cõbusti, scrupulũ* 1. *pulueris coralliorum rubeorum, rosarum rubearũ, singulorum drachmã* 1. *ossis de corde cerui scrupulum dimidiũ: seminis maioranæ, basiliconis, anisi, calami aromatici, singulorum scrupulos* 2. *pulueriz entur mediocriter, & imponantur in sacculo de sindone, & dum erit opportunum aspergatur succus ille cum aqua borraginis calida, & applicetur loco.*

MEDICINAE, *quæ infrigidant cor.*

CAPVT VI.

Infrigidantia cor. SIMPLICIA *cor infrigidantia sunt, acetosa, rosæ, nenuphar, uiolæ, margaritæ, coralli, os de corde cerui, acetositas citri, seminis acetosæ, coriãdrum, acetum, agresta, acetositas limonum & citrangulorum, citonia, pira, & lac acetosum. Composita sunt syrupi ex illis compositi simplicibus.*

Epithima cordiale frigidũ. *Epithima cordiale frigidum.* Accipe *aquæ scariolæ siue endiuiæ, aquæ rosarum, singulorum uncias* 2. *pulueris corallorũ rubeorũ scrupulum unum, croci grana* 6.

misce

miſce omnia agitando in ampulla, & facta expreßione applicetur regioni cordis.

Vnguentum cordiale frigidum, quod ita operatur calori febrili, ſicut uenenum cordi, & ualet infallenter ad omnes fermè, & maximè ſi applicetur poſt debitam purgationem factam à principio. Accipe olei nenupharis, citrini unciam ſemis: ſeminis acetoſæ, corallorum rubeorum, ſingulorum drachmam 1. margaritarum, oßis de corde cerui, ſingulorum ſcrupulum unum, ſucci ſemperuiuæ, drachmas 2. puluerizanda puluerizentur, & miſce, & cum pauca cera noua abluta in aqua nenupharis citrini fiat unguentum, de quo ungatur regio cordis ante paſtum, & ante acceßionem febris per horam. Vnguentũ cordiale nobile.

Sacculus cordialis. Accipe florum uiolarum, roſarũ rubearum, nenupharis, ſingulorum drachmas 3. ſeminis coriandri, lãbruſcæ, acedulæ ſiccæ, ſeminis acetoſæ, ſingulorum drachmas 2. & ſemis, oßis de corde cerui, ſcrupulum dimidiũ, puluerizẽtur omnia mediocriter, & ponantur in ſacculũ ſericum, & applicetur regioni cordis ſub ſiniſtra mamilla, & poſſet aſpergi in aqua nenupharis, uel roſarum, aut acetoſæ. Sacculus cordialis.

Puluis cordialis. Accipe margaritarum ſcrupulum unum, corallorum alborum uel rubeorum, ſcrupulum dimidium, oßis de corde cerui, unicornu, ſingulorũ ſcrupulum dimidium, foliorum auri & argenti, ſingulorum grana ſex, miſceantur & puluerizentur omnia addendo ſacchari tabulati unciam unam. Puluis cordialis.

Conditũ cordiale. Accipe cõſeruæ borraginis uncias duas, manus chriſti cum perlis unciã ſemis, fragmentorũ Conditum cordiale.

ſaphiri ex ſpodio ſubtiliſsime puluerizatorum ſcrupulũ dimidium, pulueris margaritarũ grana 6. ſacchari roſati tabulati unciã 1. fiat conditũ, & deauretur cum folijs tribus auri, & exhibeatur.

Fragmenta. Et quia facta eſt mentio de fragmentis, ſcias quòd neoterici medici quinq; ponunt fragmenta: uidelicet, iacynthi, granatorũ, rubinorum, ſaphirorũ, & ſmaragdorum. Alij inter fragmenta ponunt margaritas & corallos. Fragmenta Gallorum. Sed quia in Gallia ex iſtis reperiuntur ſolũ ſaphiri, margaritæ, & coralli, de alijs non curamus, nec mentionem fecimus.

DE MEDICINIS alterantibus uentriculum ſiue ſtomachum calefaciendo.

CAPVT VII.

Stomachũ calefacientia. VENTRICVLVM calefacientia ſimplicia ſunt, ſerpillum, menta, feniculus, abſynthiũ, ameos, raphanus, ſcylla, maximè cortices interiores. Compoſita ſunt ſyrupi ex iſtis ſimplicibus compoſiti.

Vnguentũ ad debilitatẽ ſtomachi. Vnguentũ cõtra debilitatẽ uentriculi. Accipe olei de ſpica celtica, olei de abſynthio, olei camomillæ, ſingulorum unciã 1. pulueris mentæ, maioranæ, florum anthos, ſingulorum ſcrupulos 2. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat unguentum, & unguatur uentriculus ante paſtum per horam.

Sacculus pro frigido ventriculo. Sacculus contra debilitatẽ uentriculi frigidi. Accipe abſynthij, mẽtæ ſiccæ ſingulorũ unciã 1. miſce, puluerizа groſſo modo, & fiat ſacculus qui aſpergatur aqua abſynthij, & ſic tepidus applicetur ſtomacho.

Epithima contra debilitatem uentriculi frigidi. Accipe

Accipe mentæ, absynthij, pulegij, singulorũ M. 1. spicæ celticæ drachmã 1. serpilli sicci drachmas 2. fiat decoctio in libris quatuor aquæ usq; ad consumptionẽ tertiæ partis: & deinde in dicta decoctione calida madefiat spongia, & stomacho applicetur. Epithima ad debilitatem stomachi frigidi.

Vnguentum contra debilitatem stomachi propter humiditatẽ. Accipe olei de absynthio, olei de spica, olei rosati, singulorũ unciã 1. pulueris absynthij, rosarum rubearum, rutæ, maioranæ, singulorũ scrupulum unum: pulueris corallorum rubeorum, coriandrorũ præparatorum, singulorum scrupulũ 1. misce omnia pulueriza ndo, & cũ modico ceræ fiat unguentũ pro uentriculo. Vnguentũ contra stomachi debilitatem ob humiditatem.

STOMACHVM infrigidantia simplicia. CAPVT VIII.

VENTRICVLVM infrigidantia simplicia sunt solanũ, plantago, portulaca, semperuiua, cucurbitæ, melones, citrulli, cucumeres, poma granata, arantia, cytonia, spica, pira, agresta, acetositas citri, uinum berberis, prunellæ, sorbæ, mespuli. Composita sunt syrupi magistrales. Simplicia infrigidantia ventriculum.

Vnguentũ contra debilitatem stomachi calidi. Accipe olei rosati unciã 1. coriandri præparati, rosarum rubearum, seminis acetosæ, seminis citoniorũ, berberis, singulorũ scrupulũ 1. pistentur omnia miscendo, & cũ pauca cera fiat unguentum pro stomacho ante pastum. Vnguentũ pro stomacho calido.

Sacculus contra debilitatem stomachi calidi. Accipe rosarum rubearum unciã 1. seminis acetosæ, coriandrorum præperatorũ, singulorũ drachmã 1. pulueriz entur mediocriter, & in sacculo ponãtur, & aspergatur aqua Sacculus ad idem.

rosarum tepida,& applicetur supra locum.

Epithima cõtra debilitatem stomachi propter siccitatẽ.

Epithima ad siccitatem stomachi.

Accipe florum maluæ, uiolarum, furfuris, singulorũ M. semis: florũ camomillæ M.I. fiat decoctio in libr.6. aquæ usq; ad consumptionem medietatis, & infundatur spongia,& facta expressione stomacho applicetur.

Vnguentũ contra vomitũ & relaxationem stomachi.

Vnguentũ cõtra uomitũ & relaxationẽ uentriculi. Accipe olei rosati, olei de menta, de absynthio, singulorum unciam I. mentæ siccæ, corallorum rubeorum, rosarum rubearum, singulorum scrupulum unum, terenda terantur,& cum pauca cera fiat unguentum.

DE SIMPLICIBVS alterantibus Iecur calefaciendo.

CAPVT IX.

Epar calefacientia.

CALEFACIENTIA iecur simplicia sunt, eupatorium, absynthiũ, fumaria herba, assarum, radices quinq; cõmunes calidæ, scilicet, apij, feniculi, petroselini, bruscí,& asparagi. Composita sunt syrupi ex illis compositi.

Vnguentũ pro epate calefaciendo.

Vnguẽtum calefaciens epar. Accipe succi absynthij, succi eupatorij, singulorũ unciã semis, olei de absynthio uncias 2. misceantur, & cũ pauca cera fiat unguentum.

SIMPLICES medicinæ infrigidantes Iecur.

CAPVT X.

SIMPLICIA infrigidãtia epar sunt, portulaca, lactuca, scariola seu endiuia, rosa, solanũ, nenuphar, acetum, berberis, quatuor semina frigida maiora scilicet melonis, cucurbitæ, cucumeris, citrulli. Et minora, quæ sunt semen scariolæ, lactucæ, portulacæ: aliqui ponunt

Semina frigida quæ maiora,& quæ minora.

semen

semen endiuiæ, sed uera endiuia est scariola. Composita sunt syrupi facti ex illis simplicibus. Vera endiuia est scariola.

Epithima infrigidans iecur. Accipe aquæ scariolæ, nenupharis, aquæ solani, rosarum, singulorum uncias 2. aceti drachmas 3. & agitentur in ampulla, deinde madefiat pannus lini, & post expressionem applicetur regioni epatis. Epithima infrigidans epar.

Vnguentum infrigidans iecur. Accipe olei de nenuphare, olei rosati, singulorum uncias 2. pulueris rosarũ rubearum drachmam 1. & semis, muscilaginis, psilij, drachmas 4. cum modico ceræ ablutæ in aqua rosarum, fiat unguentum, quo ungatur iecur ante pastum post mediocrem euacuationem. Vnguentũ infrigidãs iecur.

Sacculus infrigidans iecur. Accipe rosarum, florũ nenupharis, singulorũ unciã semis, corallorũ rubeorũ, drachmas 2. berberis drachmã 1. & semis, terantur oĩa leui triturationẽ, & ponãtur ĩ sacculo, & dũ uolueris applicare aspergesaculũ cũ aqua nenupharis uel rosarũ. Sacculus pro epate.

CALEFACIENTIA SPLENEM.

CAPVT XI.

SPLENEM calefaciẽtia & alterãtia sunt, Tamariscus, lingua ceruina, nasturtiũ, calamẽtũ, rubea tinctorũ, capparũ cortices, radices gentianæ, thimus, epithimus, aristologia, amygdalæ amaræ: semen anisi, cucustæ, carui: radices quinq; scilicet feniculi, apij, petroselini, bruscі, asparagi: itẽ radices fraxini & acori. Compositasunt syrupi ex illis compositi. Alterãtia splenem.

Epithima resoluẽs uẽtositatẽ splenis. Accipe foliorũ mentastri, rutæ, singulorum M. semis, salis drachmam 1. fiat Epithimã ad ventositatem splenis.

decoctio in lib.2.& ſemis aceti albi uſq; ad cõſumptionẽ medietatis,deinde infundatur ſpongia uel filtrum.

Emplaſtrũ cõtra duritiem ſplenis.

Emplaſtrũ contra uẽtoſitatem & duritiem ſplenis. Accipe hyſſopi hũidæ unciã.1.& ſemis, pulueris radicis ireos, ſucci abſynthij,apij, mentaſtri,rutæ, ſingulorum drachmas 2.corticũ radicũ capparũ, tamariſci,geneſtæ, fraxini, ſingulorum drachmã 1.ſalis unciã ſemis,olei de capparibus,olei irini,olei laurini,ſingulorũ unciã 1.ſeminis lini drachmas 3.miſce incorporãdo ad lẽtũ ignẽ, deinde extẽdatur ſuper linũ uel coriũ, & calidũ applicetur.

Vnguẽtum ad duritiẽ ſplenis.

Vnguẽtũ cõtra duritiẽ ſplenis.Accipe foliorũ maluæ, biſmaluæ,radicũ lilij,ſingulorũ unciã ſemis, farinæ,ſeminis feni græci,lini,ſingulorũ drachmas 2.caricarũ pinguium,paſſularũ enucleatarũ, ſingulorũ unciã ſemis, piſtentur omnia ſimul & infundantur per horas octo in forti aceto,deinde bulliãt in aqua uſq; ad ſpiſſitudinẽ,& poſtea adde unguẽti dialteæ, olei amygdalarũ dulciũ uncias 2.& cũ pauca cera fiat unguẽtũ,quo lien ungatur.

Aliud ad vẽto ſitatem & dolores.

Vnguentũ aliud cõtra uentoſitatẽ & dolorẽ ſplenis. Accipe picis naualis, corticũ radicũ caparorũ,ſeminis ſinapis albi ſylueſtris, foliorum & radicũ linguæ cerui næ,ſingulorum drachmam 1. muſcilaginis, ſeminis lini, feni græci, ſingulorũ drachmas 2.olei irini, olei laurini ſingulorum drachmas 3. puluerizanda puluerizentur, miſce,& cum cera fiat unguentum pro ſplene.

Sacculus reſoluens vento ſitatem.

Sacculus reſoluens uentoſitatem ſplenis & uentris. Accipe panici uel milij,furfuris,tritici,ſalis mediocriter triti ſingulorum uncias 2.& calefiant in uaſe terreo cõtinuè agitando,& poſtea ponãtur in ſacculo,& ſic calidus

lidus applicetur. Medicinæ uero splenem infrigidantes sunt lactuca & scariola, acetum, & quatuor semina frigida maiora. Et ea quæ infrigidant Epar, etiam splenem infrigidant.

DE ALTERANTIBVS Renes calefaciendo.

CAPVT XII.

CALEFACIENTIA Renes & uesicã sunt pentaphillon, arthemisia, parietaria, saxifragia, eruca, urtica & semen eius, brodium cicerum rubeorũ, iuniperus, granum pini, spica celtica.

Epithima calefaciens renes. Accipe parietariæ, saxifragiæ, arthemisiæ, singulorum M. semis, granorũ iuniperi drachmas 2. spicæ celticæ drachmã 1. fiat decoctio in lib. 6. aquæ usq; ad consumptionem medietatis: & infundatur spongia uel filtrum, & facta expressione renibus applicetur. Epithima calefactiuũ Renũ.

Balneum in dolore Renum uel uesicæ aut uirgæ ex calculo, quod aperit & mollificat meatus. Accipe senationum, parietariæ, maluæ, bismaluæ, feniculi, caulium, abrotani, singulorum M. 1. cicerum rubeorum M. 1. & semis, seminis anisi, maratri, cymini, carui, ameos, singulorum unciam semis, tribuli marini, seminis lini, feni græci & altheæ, singulorum unciam 1. misce, & fiat decoctio ad libras centum aquæ, & ponatur in uase, in quo sedeat patiens, qui in introitu balnei sumat drachmã 1. pulueris millij solis cum uino albo odorifero, & stet ibi per horam faciendo continuè in balneo embrocationes locis dolorosis. Balneum in dolore Renũ.

DE SIMPLICIBVS INFRIGIDANTIBVS Renes & Vesicam.

CAPVT XIII.

Ad renes. INFRIGIDANTIA *renes & uesicam sunt, nenuphar, scariola siue endiuia, lactuca, portulaca, papauer, uirga pastoris, plãtago, semperuiua, uinum citoniorũ, quatuor semina frigida maiora & minora.*

Epithima infrigidãs renes. *Epithima infrigidãs renes. Accipe aquæ lactucæ, rosarũ, scariolæ, singulorũ uncias 2. albumina ouorũ recẽtiũ 2. misce fortiter agitãdo, deinde cũ stuppa infusa renibus applicetur. Potest fieri cum fortioribus, ut sunt aqua semperuiuæ, uermicularis, nenupharis, & cucurbitæ.*

Vnguentum infrigidans. *Vnguentũ infrigidãs renes. Accipe olei uiolati, rosati singulorũ unciã 1. aceti drachmas 2. misce cũ cera, fiat unguentũ. Et si uelles fortius infrigidare, adde oleum de nenuphare & de succo semperuiuæ, uel alijs de alijs frigidioribus. Scias quòd quæ ualẽt epithimata & embrocationes sacculi & unguenta in epate ad infrigidandũ, etiam ualent renibus ad infrigidandum.*

DE ALTERANTIBVS matricem calefaciendo.

CAPVT XIIII.

Ad matricem. CALEFACIENTIA *matricem sunt, Calamentum, pulegium, arthemisia, sauina, ruta, rubea tinctorum, iuniperus.*

Balneũ calefaciens matricẽ. *Balneum calefaciẽs matricẽ. Accipe Sauinæ, arthemisiæ, florum camomillæ, rubeæ tinctorum, singulorũ M. 1.*

calamenti

calamenti absynthij, origani, singulorum M. semis, rutæ, anisi, maratri, siseleos, singulorum unciam semis, fiat decoctio in libris centum aquæ usq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde ponatur in alio uase apto, ut intus mulier sedeat usq; ad umbilicum & sedeat intra supra sacculum repletum herbis iam dictis per horã uel plus.

Et potest fieri cum dictis herbis stuffã, ita ut fumus di Stuffa. cti balnei per scamnum perforatum ad partes pudibundas transeat, omnia obturando pannis, ne fumus exeat, & sic stet per horam.

Pessarium prouocans menstrua. Accipe radicum gẽ Pessarium ad prouocandum menstrua. tianæ drachmas 3. seminis iuniperi unciam 1. radicum rubeæ tinctorum, origani, singulorum unciam semis, nigellæ drachmas 3. misce, fiat decoctio in libris tribus aquæ ad consumptionem medietatis & coletur, deinde addantur colaturæ succi mercurialis unciæ 2. succi cucumeris asinini uncia 1. carnium ficuum pinguium uncia 1. & semis, & diligentissime misceantur, deinde formetur pessarium de bombice ad formam magni digiti cum filo longo appenso, & quando erit necesse balneetur in dicto liquore & imponatur secundum quòd oportet ligando filum ad sciam.

Et si oportet, ut fortius operetur, Accipe rubeæ tin- Aliud fortius. ctorum, croci, singulorum drachmas 3. fiat puluis, & pessario addatur.

Vnguenta calefacientia matricem sunt unguenta cõ Vnguẽta matricẽ calefaciẽtia. fortantia renes, & locus unctionis matricis ab extra est pars, quæ est inter caudam & renes, & in parte anteriori pectinis, id est supra pudibunda. Locus vnctionis matricis est supra pudibunda.

QVAE

QVAE MATRICEM INFRIGIDANT.

CAPVT XV.

Matricē infrigidantia.

INFRIGIDANTES matricem sunt nenuphar, scariola, lactuca, rosa, semperuiua, cucumer, uirga pastoris, portulaca, papauer album, uinum citoniorum, & semina communia frigida maiora & minora.

Balneum infrigidās matricē.

Balneū infrigidās matricē fieri debet ex lactucis, rosis, nenuphare, papauere, uirga pastoris, salicibus, maluis, seminibus frigidis, & fiat ut superius dictū iam est.

Vnguenta infrigidantia matricē sunt unguenta quæ infrigidant caput & renes, & debent applicari supra pudibunda in parte anteriori.

DE ALTERANTIBVS IVNCTVRAS medicinis calefaciendo.

CAPVT XVI.

CALEFACIENTIA iuncturas sunt ruta, nasturtium, rosmarinus, saluia, hypericon, camomilla, melilotū, sinapis, scylla, castoreū, stercus caprarū, uaccarū, oleū petroleū, oleū phisticorū, oleū iuniperi, oleū uulpinum, oleū de ranis, de fraxino, emplastrum de sinapi.

Nobile vnguētum calefaciēs iuncturas.

Vnguentum nobile calefaciēs iuncturas. Accipe uini maluatici, olei antiqui, singulorū uncias 4. seminis rutæ, abrotani, singulorū drachmas 3. castorei drachmā 1. pistētur pistāda diligēter, & simul decoquātur usq; ad cōsumptionem uini, & cum cera fiat unguentum.

Aliud.

Aliud ad idem. Accipe olei de fraxino, olei uulpini, singulorum unciam 1. succi absynthij, succi saluiæ, succi rutæ, singulorum unciam semis, baccarum lauri, iuniperi, castorei, singulorum drachmam 1. & semis, misce, terenda

terenda terãtur, & cum modico ceræ fiat unguentum. Possunt etiam fieri balnea & stuffæ ex herbis iam dictis, modo iam superius posito.

INFRIGIDANTIA IVNCTVRAS. CAPVT XVII.

SIMPLICIA infrigidãtia iuncturas sunt, Rosæ, Infrigidantia iuncturas. uiolæ, semperuiua, lactuca, scariola, solanum, ioscyanus, fõlia salicis, fõlia uitis, grana myrtillorum, bolus gallicus, albumina ouorũ, muscilago psilij, acetum. Olea frigida & unguenta sunt, unguentum populeon, oleum rosatum, oleũ mãdragoræ, de nenuphare & uiolatum. Potes facere balnea, Embrocationes infrigidantes iuncturas ex herbis, ut sunt nenuphar, solanũ, lactuca, semperuiua, fõlia uitis albæ, fõlia salicis, rosæ, uiolæ, scariola & ex similibus frigidis.

LIBER III.

DE SYRVPIS LAXATIVIS.

SYRVPVS MERCVRII. CAPVT I.

ACCIPE succi mercurialis purificati lib. 3, sacchari lib. 2. fiat syrupus secundũ artẽ, uel potest sic fieri. Accipe succi mercurialis lib. 4. decoque in uase uitreato super prunas cum facilitate, usq; dum consumatur tertia pars ipsius, deinde coletur & dimittatur donec clarificetur, & accipe ex eo quod est clarum, & infunde super ipsum ex iulep uiolato

Vtilitas Syrupi mercurij.

Vtilitas syrupi mercurij.

to lib. 3. & coquatur donec inspissetur. Iste syrupus potest dari in febribus arsiuis & colericis, quando uolumus lenire uentrem, & maximè in crastinum post clyster. Potest etiam fieri cum melle despumato in non febrientibus: sed in febribus satius est cum saccharo aut cum iulep uiolato.

Mercurialis herba. Oribasius.

Mercurialis herba, ut scribit Paulus, uentrē subducit efficaciter, & pigmenta digerit. Et, ut inquit Oribasius, mouet leniter uentrem & bilem purgat.

SYRVPVS SAMBVCINVS.

CAPVT II.

Syrupus solutiuus.

ACCIPE succi sambuci, succi ebuli, singulorum lib. 3. sacchari albi lib. 4. fiat syrupus secundum artem. uel sic. Accipe succi florum sambuci & ebuli, singulorum lib. 3. decoque in uase uitreato super ignē cum facilitate: usq; dum consumatur tertia pars ipsius, deinde coletur & dimittatur donec clarificetur, & post accipe ex eo quod est clarū lib. 4. & funde super ipsum ex iulep uiolato lib. 3. & coquatur donec eius aquositas consumatur.

Sambucus & Ebulus inquit Paulus ambæ arefaciendi uim habent: & tam potæ quam etiam comestæ hydropicorum aquam subducunt. Purgant pituitam & bilem elixa olerum modo utriusq; folia. Prodest syrupus iste hydropicis & aquas ex corpore pellit, purgat pituitam & bilem. Prodest & contra uiperarum morsus, fœminarum locos mollit & aperit, podagricis etiam opitulatur.

SYRVPVS CORYMBORVM Sambuci & Ebuli.

CAPVT III.

ACCIPE Corymborum perfectè maturorũ ſiue baccarũ maturarũ Sambuci & ebuli lib.6. extrahatur uinũ ſiue ſuccus in torculari, & ex illo accipe lib.4. bulliat ebullitione una, diſpumetur & depuretur. Et accipe ex depurato lib.3. ſacchari albi lib.2. & coquantur cum facilitate donec fiat ſyrupus. Syrupus familiaris.

SYRVPVS DE SVCCO ROSARVM.

CAPVT IIII.

ACCIPE ſucci roſarũ rubearũ depurati lib.4. ſacchari albi aut penidiarũ lib.2. ſemis. fiat ſyrupus ſecundũ artẽ. Iſte ſyrupus eſt laxatiuus, & ſi fieret de roſis non uerè rubeis eſſet magis laxatiuus. Vſus enim earum à paucis annis ad nos peruenit, ſunt enim pallidæ non ueræ rubedinis, ſed potius uiolaceæ. Si fieret ex roſis quæ in rubis & cãpis inueniũtur eſſet ſyrupus magis aromaticus, & ſi ex Damaſcenis adhuc magis. Iſte ſyrupus a multis ſcribit. Roſæ non vere rubeę ſunt magis laxatiuæ aliis.

SYRVPVS REGIS PERSARVM, qui fit ex floribus perſicorum.

CAPVT V.

ACCIPE ſucci florũ perſicorũ in torculari expreſſorum & depurati lib.4. ſacchari albi uel mellis bene diſpumati lib.2. & ſemis, fiat ſyrupus, ut decet, perfecte coctus: & loco ſacchari poſſet poni iulep roſatus factus ex aqua roſarũ, & ſi times eius laxationem addas cum ſucco florum perſicorum uncias. 4. ſucci florum borraginis. Iſte Syrupus non eſt in uſu, nec inuenitur Syrupus iſte eſt laxatiuus.

Apud Græcos non reperitur flores persicorum esse laxatiuos. Serapio.

inuenitur flores esse laxatiuos, apud authores Græcos. Serapio tamen authoritate Abenmesuai ita scribit. Quando teruntur folia & flos eius, & exprimuntur, & bibitur expressura illa eijcit ascarides cum fluxu uentris, & quando succus foliorum inijcitur in aurem, occidit uermes, qui sunt in ea.

Virtus persicorum.

Virtus persicorũ secundũ Galenũ, prima infrigidat & humectat: & uirtus secũda est uirtus, quæ abstergit & resoluit: & tertia uirtus occidit lũbricos, quãdo terũtur & ponũtur super umbilicum.

SYRVPVS DE POLYPODIO.

CAPVT VI.

Valde vtilis est syrupus iste.

ACCIPE polypodij ex quercu fortiter cõquassati & recẽtis libras 2. succi borraginis, succi pomorum dulcium redolentium singulorum libras 2. succi herbæ fumariæ librã semis: croci drachmã unã: sacchari uel mellis electi libras 4. Fit autem sic. Polypodium proijciatur in succos per diem & noctem post contritionem eius, deinde bulliat ebullitione una aut duabus, post cum saccharo uel melle bene dispumato fiat syrupus. Crocus autem cõfricetur in panno, & eius decoctioni addatur, & fiat ut decet.

Iste syrupus cõfert maniæ & melãcholiæ ex adustione flauæ bilis, ac omnibus ægritudinibus ex bili atra prouenientibus.

SYRVPVS FVMARIAE HERBAE.

CAPVT VII.

Digerit melancholiam.

ACCIPE semis cartami cõquassati unciã 1. polypodij pariter cõquassati uncias 3. uiolarũ, cucustæ, florũ sambuci, & ebuli, singulorũ unciã 1. et semis, coquantur

coquãtur cũ lib.3.aquæ usq; ad tertiam partẽ,& accipe succi herbæ fumariæ cocti & despumati lib. 2.Sacchari uel mellis electi despumati lib.2.da unciã 1.uel 2. cũ decoctione pectorali uel alia secundum medici discretionem.

Cõfert iste syrupus flauæ bili adustæ,scabiei, & prurigini, pustulis, & ægritudinibus ex salsa pituita: & epatis & splenis obstructiones aperit,cõfert morbo regio ex utraq; bili tam flaua quàm atra & colorem efficit pulchrum.

DE SYRVPIS LAXATIVIS FORTIORIBUS, quibus medicus sapiens uti potest cum præmeditatione.

SYRVPVS DE AGARICO. CAPVT VIII.

Agaricus bonus est medicina gloriosa.

ACCIPE agarici Briãsonis gallici albi leuis & rotũdi unciã 1. & semis,seminis cartami cõquassati unciã 1. succi lupulorũ & cicoreæ, & borraginis, singulorũ lib.1. & semis, succi pomorũ redolẽtium lib. semis.Sacchari albi uel mellis bene despumati lib.4. & fiat sic. Agaricus & cartamus proijciãtur in succis per diẽ & noctẽ post cõtritionẽ illorũ. Deinde bulliãt ebullitiõe una aut duabus cũ drachma dimidia salis gẽmæ,& postea cũ saccharo fiat syrupus,& utatur secũdũ discretionem medici,& præmeditatione bona.

Vtilitas syrupi de Agarico.

Iste syrupus pituitã purgat ac secũdo bilẽ flauã educit cũ facilitate,ualet suspirijosis,& intestinorũ torminibus,lienosis,facit & ad coxendicis articulorũq; dolores,& comitialẽ morbũ,si bibatur, aduersatur uenenis oĩbus:in uniuersũ interioribus uitijs accommodatus est.

SYRVPVS ARTHANITAE SIVE CYCLAMINIS.

CAPVT IX.

Vtaris isto syrupo cũ prẽmeditatione.

ACCIPE *succi cyclaminis siue arthanitæ libras* 2. *semis, succi foliorũ lauri unciam* 1. *succi granatorum muzorum unciam semis, succi borraginis lib. semis, & decoquantur lento igne donec inspissentur addẽdo sacchari albi uel mellis dispumati lib.* 2. *& cola, & utere cum præmeditatione & prudentia.*

Iste syrupus aquam & pituitam per inferna trahit, menses cit, bibitur & cum uino contra uenenata omnia, aduersatur serpentũ iniurijs, aluum mollit, uerũ abortum facit, lienes minuit, solutione educit pituitã muscilaginosam, ac aquã per inferna trahit, incidit, calefacit, subtiliat, resoluit, abstergit, mundificat & obstructiones aperit: utaris eo tamen cum præuisione.

DE SYRVPO IREATO.

CAPVT X.

Valet aquæ intercut.

ACCIPE *succi florũ ebuli & sambuci, succi feniculi, singulorũ lib. semis, succi ireos Illyrici si inueniri possit uel Florẽtini aut Gallici lib.* 2. *decoquãtur leui igne, postea adde sacchari albi uel mellis dispumati lib.* 2. *& iterum bulliant, cola, & utere.*

Ad dolorem capitis.

Iste syrupus ualet ad dolorem capitis, natura eius est calefacere, extenuareq;, tussi utilis, purgat crassa, & biliosa, somnum conciliat, ducit menses, aquam hydropicorum educit per inferna loca. Vtaris illo cum prudentia.

SYRVPVS REGIS MEDORVM lenitiuus ac familiaris.

CAPVT XI.

ACCIPE *succi rosarũ albarum, succi uiolarũ, succi maluarũ, succi bismaluæ, succi atriplicis, succi caulium rubeorum, succi borraginis, singulorum unciã* 1. *semis, succi granorũ ebuli, & mercuralis, singulorũ lib. semis, coquantur cũ facilitate usq; ad mediũ, & cũ lib.* 2. *sacchari fiat syrupus perfectè coctus.* Syruliaris

Iste syrupus est lenitiuus, lenit enim pulmonẽ & thoraca, calculos conterit, somnum adducit, bonam facit aluũ, inflãmationes febriũ sedat, tussim mitigat, aquam hydropicorum & menses cit. Sacris ignibus & lepris medetur, bilem atram & flauam educit, letalibus uenenis omnibus accomodatum est, iuuat uesicam & renes mundificat, febres ardentes mitigat, si cum aquis frigidis ac decoctionibus detur bibendum.

LIBER IIII.

DE PVLVERIBVS CORdialibus ac electuarijs.

PVLVIS SPECIERVM LIBANOTIDIS.

CAPVT I.

ACCIPE *roris marini sicci, mentæ sicæ, saluiæ, maioranæ, serpilli, satureiæ, singulorũ unciam semis, puluis corallorum rubeorum drachmas* 2. *pulueris liquiritiæ drachmam* 1. *& semis, pulueriz entur omnia, & postea misceantur, fiat puluis.* Puluis cordialis.

D 2 Iste

Iſte puluis torminibus medetur, & contra ſerpentũ morſus cum uino utiliter bibitur, menſes & urinam trahit, comitialibus & uetuſtis pectoris uitijs ſuccurrit, expellit uentoſitates, paralyticis prodeſt, ſtomachũ corroborat, rotundos lumbricos necat, contra canum morſus opitulatur. Ex iſto puluere poteſt fieri electuarium in tabulis ſic.

Electuariũ in tabulis. Accipe puluerıs ſpecierum libanotidos drachmas 3. ſacchari albi diſſoluti in aqua mẽtæ uel ſaluiæ uncias 3. fiat Electuariũ in tabulis, capiat ante paſtum horis duabus tabulam unam de drachma 1. & ſemis, poteſt fieri in forma molli, ſic. Aliud in forma liquida. Accipe puluerıs ſpecierũ libanotidis unciam ſemis, ſacchari uel mellis bene deſpumati electi uncias 6. cum ſyrupo roſato, fiat electuariũ, capiat ante paſtum drachmas 2.

PVLVIS SPECIERVM AROMATICI RUTACEI.

CAPVT II.

Puluis ſingularis. Accipe rutæ ſiccæ unciã 1. mentæ ſiccæ, thymi, ocymi, ſingulorũ drachmas 6. croci drachmã 1. matricariæ unciã ſemis, piſtẽtur, & fiat puluis, & ſeruetur, ex illo puluere poteſt fieri electuariũ in tabulis, ſic.

Electuariũ in tabulis. Accipe puluerıs ſpecierũ aromatici rutacei unciã ſemis, ſacchari diſſoluti in aqua ſaluiæ uncias 4. fiat electuariũ in tabulis, capiat ante paſtũ tabulã unã. Iſte puluis ualet ad lumbricos, ualet & cõtra uenena omnia, caleſeciendi, abſtergendi, ſiccandiq; uires habet. Singultus præterea uomitus & bilis profluuiũ, quod choleram dicunt, ſedat. Suſpirioſis & in difficultate ſpiritus non niſi

recta

recta ceruice ſpirãtibus opitulatur. Concretos ſanguinis grumos disijcit, urinã cit, oculorũ caligines abſtergit, ſuccurrit ſtomachi doloribus & pectoris.

PVLVERIS AROMATICI SAMPſucchini.

CAPVT III.

ACCIPE maioranæ ſiccæ unciã 1. mentæ ſiccæ drachmas 2. thimi drachmas 3. rutæ unciam ſemis, pulueris liquiritiæ drachmas 3. ſaluiæ unciã ſemis, fiat puluis, & miſceantur. Maiorana eſt baſis.

Iſte puluis calefacit & arefacit, reſoluit & ſubtiliat, obſtructiones cerebri aperit, confert paralyſi & torturæ oris, ac emicraneæ, attrahit humiditates malas à cerebro, menſes trahit, ſtomachum confortat, ſuſpirioſis opitulatur, lumbricos necat, uenenis remedium exhibet præſentaneum. Poteſt ex puluere fieri Electuarium ſic. Accipe pulueris ſpecierũ aromatici ſampſuchini unciã 1. ſacchari diſſoluti in aqua mentæ uncias 6. fiat electuarium in tabulis, uel cum melle electo deſpumato fiat in forma liquida.

PVLVIS SPECIERVM AROMATICI thymbræ.

CAPVT IIII.

ACCIPE ſatureiæ unciã 1. ſerpilli, thymi, mẽtæ, ſaluiæ, ſingulorũ unciã ſemis, terãtur omnia & fiat puluis. Iſte puluis uenerẽ ſuſcitat, in cibis ſumptus, urinã cit, ſtomachũ cõfortat, facit & ad tormina, capitis dolorẽ ſedat addito roſaceo, decoctus mox cũ aceto inſperſum rotundos lũbricos necat, ſingultus præterea Valet ad lumbricos.

uomitus & bilis profluuium, quod choleram dicunt, sedat, paraliticis prodest.

Electuarium. Potest fieri ex isto puluere tale electuarium. Accipe pulueris specierum aromatici thymbræ unciã 1. saccharo dissoluti in aqua saluiæ uncias 6. fiat Electuarium in tabulis, capiat ante pastũ. Et cũ melle despumato potest fieri electuariũ liquidũ & in forma opiatæ.

PVLVIS SPECIERVM ELECTVARIJ contra pestem.

CAPVT V.

Singulare contra pestem. Accipe rutæ siccæ, roris marini, singulorum unciã 1. seminis citri, limaturæ cornucerui, singulorum unciã semis, seminis acetosæ drachmas 2. bolli non Armeni sed Allobrogici & Gallici unciam semis, pulueris corallorũ rubeorũ, rosarum rubearum, seminis limonũ, singulorũ drachmã 1. seminis iuniperi drachmas 2. fiat puluis subtilis, & cũ melle despumato & syrupo de limonibus fiat electuariũ liquidũ in forma opiatæ, capiat omni mane ad quantitatem paruæ nucis uel castaneæ, ualet enim contra uenena, & præseruat usus eius à peste, confortat cor & cerebrum.

AROMATICVM DAMASCENVM.

CAPVT VI.

Aromaticum damascenum. Accipe rosarum damascenarum uncias 2. rosarum siluestrium rubi unciã 1. liquiritiæ rasæ drachmas 7. pulueris margaritarũ scrupulos duos, syrupi rosati quantũ sufficit, fiat electuariũ, capiat ante pastum ad quantitatem castaneæ.

Istud electuariũ stomachũ & cor cõfortat, & omnia uiscera

uiscera: iuuat febricitantes ex flaua bili, iecur cõfortat, iuuat etiam calida capita.

DYAMARGARITON.

CAPVT VII.

ACCIPE seminis portulacæ, seminis acetosæ, seminis papaueris albi, seminum frigidorũ maiorum omnium mundatorum. rosarum rubearum, florum nenupharis, borraginis singulorum drachmas 2. coralli rubei drachmã 1. semis, unionum seu perlarum electarum drachmas 3, misce simul. Valet cardiacis, tristibus, & ad omnẽ cordis debilitatem, & stomachi fastidiũ. Puluis dyamargaritonis.

PVLVIS SPECIERVM dyacoralli.

CAPVT VIII.

ACCIPE seminum acetosæ, portulacæ, citri, limonum, scariolæ, singulorum drachmas 2. limaturæ cornu cerui drachmas 3. margaritarum drachmã semis, pulueris corallorũ rubeorum drachmam 1. semis, foliorum auri XII. numero, fiat puluis. Et posset sic fieri electuarium. Accipe pulueris specierũ dyacoralli drachmas 2. sacchari rosati tabulati dissoluti in aqua uiolarũ uncias 6. fiat electuarium in tabulis. Valet in febribus ex flaua bili, confortat cor & uiscera omnia. Dyacoralli

Valet in febribus.

LIBER V.

DE LAPIDIBVS ET METallis & Gemmis in Gallia repertis.

DE MARGARITIS ET VNIONIBVS.

CAPVT I.

De fontibus Lotharingis.

SVNT IN Lotharingia, quæ pars est Galliæ Celticæ, in ualle Vosaga fontes inter res memorabiles nõ omittendi, gẽmarum & margaritarum adeo feraces, ut ferè maior pars Germaniæ solis his gẽmis utatur, quæ à quibusuis uel exteris artis lapidariæ peritis non solum comprobantur, uerum & Indicis & orientalibus lapillis nec perperàm præferuntur. Nascuntur Margaritæ & in Taprobane insula in Persico sinu maris rubri circa Arabiam, in littore etiam Britannico, ueluti Iulius Cæsar ex inscriptione testatus est subdita Thoraci, quem è Britannicis margaritis Veneri genitrici dicatum in templo eius posuit.

Vniones frigidi sunt & aridi in secundo ordine.

Sunt uniones frigidi & aridi ordine secundo, conferunt obscuritati uisus, & albedini oculi, retinent menses, abstergunt dentes, desiccant humiditates, conferunt cardiacæ & tremori cordis, clarificant sanguinem cordis, & (ut scribit Isaac) temperatæ sunt in caliditate & frigiditate, ariditate, & humiditate. Razes tamen illas frigidas & aridas in secundo ordine ponit cum subtilitate pauca.

Isaac.

Razes.

DE CALCIDONIIS.

CAPVT II.

IN LOTHARINGIA etiam nascuntur Calcidonij miræ magnitudinis, ita ut ex uno frustro permagnum calicem apud Leucorum Antistitem fabrefactum egomet sum conspicatus. Calcidonius Calcophanos dicitur, clarificat uocem & prohibet raucedinem. Si ferro uel ære percutiatur, uocem sonoram ac dulcem reddit, si ab homine (ut dicunt) casto portetur. Est autem Calcophanus sonorus ac dulcis instar æris. De Calcidonijs Lotharingorum.

DE LAPIDE LAZVLI SIVE CYANEO.

CAPVT III.

EST IN eadẽ Gallia Lotharinga Lapis Lazuli (quem uulgo Asurum uocant) qui inter laudatissimos quoq; colores omnium consensu facile obtinet palmam, præstabilis minera, ex qua fossores haud paruũ sibi contrahunt incrementum. Leonicenus lapidem Lazuli siue stellatũ dicit esse eundem cum Cyaneo: quãuis Manardus uideatur dicere contrarium. Theophrastus dixit dum teritur in quatuor mutari colores candidiorẽ, nigriorem, crassiorem, tenuiorem. De Cyano dicit Galenus quòd acris purgatoriæ & discussiuæ uirtutis sit cũ quadam stipticitate. Et ut Mesues inquit solutione educit melancholiam. Græci tamen nullam talem uim ei adscribunt: sed uidentur hæ uires ab Armenico deriuatæ. Arabes enim utrunq; confundunt. Auerrhous & Serapion sub Lazuli nomine de Armenio tractant. Auicenna de Azulo scribens, ferè ei omnes uires attribuit, quas Græci Lapis Lazuli. Leonicenus. Manardus. Theophrastus. Galenus de Cyano.

utriq; tribuunt: de Armenio uero scribens ferè ei omnes uires attribuit, quas Græci: solum addens, quòd atrã bilem magis purgat quàm Cyaneus. Et ut Leonicenus scribit Lapis Lazuli pernicioſiſſimus eſt ac putrefactiuus, quicquid Manardus alioqui uir doctiſſimus aſſerat, quãtũcunq; etiam abluatur. remoueri enim non poteſt eius uenenoſitas, quæ abdita eſt in ſubſtantia, per ablutionem. Experimentum unicum Manardi non facit ſcientiam, quemadmodum una hirundo non facit uer, nec una dies æſtatem. oportet autem plures ſingulares ſore ueras ad concludendum uniuerſalem eſſe ueram, ueramq; inductionem. Ex pluribus enim particularibus ueris conſtare debet inductio.

Manardus reprobatur hic.

Venenoſitas a Lapide lazuli remoueri non poteſt.

DE ALABASTRO.

CAPVT IIII.

ALABASTRITES lapis eſt candidus, hunc cauant ad uaſa unguentaria, quoniam unguenta optimè ſeruare dicitur incorrupta. Naſcebatur olim circa Thebas Aegyptias ad Damaſcum Syriæ cæteris candidior, ſed probatiſſimus erat in India, nunc uero probatiſſimus eſt in Gallia Allobroga. Alabaſtrites, ut ſcribit Dioſco. mollit & laxat, deniq; durities & ſtomachi dolorem ceroto admixtus ſedat. huius etiam uirtus quòd fluxum ſanguinis prouocat & augmentat. Eſt & apud Allobroges coloris nigri Alabaſtrites, & alius coloris mellei in uertice maculoſi atq; non translucidi. Ex Alabaſtrite Altaria, Columnæ & quamplurima ædificia nunc apud Lugdunum conſtruuntur, & indies ornantur templa.

Alabaſtrites lapis Allobrogus.

Ex Alabaſtrite ædificia plurima conſtruũtur Lugduni.

DE CRISTALLO.

CAPVT V.

CRISTALLVS, *ut Germanus ille Albertus scribit, quandoq; ex frigore, & aliquãdo ex niue generatur. Sicut & nos sæpius experti sumus & in Gallia Allobroga prope Briansonem, ubi quãplurimi inueniuntur. hic lapis frigidus oculo solis oppositus ignem eijcit, & dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus: & expertum est quòd tritus cum melle mixtus à mulieribus acceptus replet ubera lacte: & ut inquit Dioſco. Cristallus uires habet stipticas, & dederunt hunc ad generãdum lac.*

Cristall⁹ aqua est congelata.

Replet ubera lacte. Dioſcorides.

DE CORALLIO.

CAPVT VI.

CORALLION *Græci & Romani Corallium dicunt, alij lapideam arborem uocant, maris creditur planta esse, durariq; cum ex profundo maris ducta, à circũfuso nobis aëre ueluti candens & in aqua mersum temperatur & solidescit. Inuenitur plurimum Coralliũ ad promontorium Siciliæ prope Syracusas, ac in mari Gallico: probatißimum est quod rubet. Adstringit Corallium leuiter & refrigerat, coërcet excrescentias, oculorum cicatrices exterit, concaua explet, & ad cicatricẽ perducit, contra sanguinis excreationes efficacißimum est, confert urinæ anguſtijs, lienem præterea minuit cum aqua potum, siccandi & mediocriter repurgandi uim illi ueteres Græcorum medici tribuerunt, ideoq; cruentis ſputis, ut illi etiam tradiderunt, utile.*

Corallium maris creditur planta esse.

DE OCVLARI LAPIDE CAPVT VII.

Isti lapilli ad omnium oculorum ægritudines experti.

SVNT IN Allobroga Galliæ prouincia in ualle uulgo dicta Sasouage prope Grationopolim fontes inter mundi mirabilia non omittendi, gemmarum ocularium adeo feraces, ut ferè maior pars Galliæ Solis his gẽmis ad oculorum sanandas ophthalmias utatur. Est enim Ocularis lapis admodum Topasij lapidis perspicuus. Ocularis lapis immissus oculis clarificat uisum: & abstergit omne quod ante pupillam congestum est: tollit & tenebrositatem uisus, ac uisum acuit.

DE METALLIS IN Gallia repertis. CAPVT VIII.

Gallorum metalla.

GALLIA regio tãtis hucusq; floruisse muneribus dicitur ut flumina conuehant Aurũ & eius montes Argentum, Cuprum, Stagnum, Plumbum ac ferrum pariant: eorumq; ripæ fragrãtibus herbis redoleãt, atq; qui ibi uictitant, maximas possident opes: neq; induũtur nobiles uiri ac magnates & principes Galliæ nisi paludamentis aureis aut Sericis quàm mollissimis. Habet Gallia montes uniuscuiusq; speciei metallorum abundantia præstabiliores, in quibus, ut cætera omittamus, plæræq; sunt argenti fodinæ, tanta argenti copia abundantes, ut incredibile sit memoratu quantum toti Galliæ & præsertim Duci Lotharingiæ afferant emolumentum. Si autem curiosus quidam gloriæ cupidus forsitan quærat, quomodo in terra lapides precioſi, mineralia omnia, Aurũ & Argentũ generẽtur. Dico de generatiõe gemmarũ & metallorum tres fuisse opiniones. Prima fuit quæ ex uapo

Magnates in Gallia non induuntur nisi paludamentis Aureis aut Sericis.

Prima opinio de generatio-

uaporibus & exhalatiõibus actione qualitatũ primarũ & calore cœlesti in terræ uisceribus procreari affirmat. unde Plinius, fundus terræ precioſiſſimus eſt, ibi enim omnes influẽtiæ cœleſtes cõfluũt & gẽmas precioſas cauſant: ratione huius calor maximus circa centrum generatur ſecundum Chalcidium Platonicum. ne metallorum. Plinius.

Secunda opinio fuit illorum, ex quorum numero fuit Ioannes Picus Mirandulanus, qui dicunt corpora perfectiora expertia uitæ qualia gẽmæ atq; metalla ſicuti ex inferiori materia coaleſcunt, ita radioſi illius caloris ui digeruntur atq; formantur. Secunda quæ eſt Pici Mirandulani.

Tertia fuit, & adhuc eſt, mea opinio, quã nunc teneo, teneboq; ſemper donec hos quidem ſpiritus reget artus, quòd à primordio iuſſu creatoris Dei ſummi prodierunt metalla, lapides, ſalesq;. Ipſe enim omnipotẽs Deus ſimul (ut ſcribit Auguſtinus) cuncta quæ condidit creauit, dũ una uolũtate multiplicem omnium ſpecierum uarietatẽ diſpoſuit iuxta ſapientis oraculum, quod habetur Eccleſiaſtici XVIII. Qui uiuit in æternum, creauit omnia ſimul. Sed ut Franciſcus Maroneus ſcribit, illud ſapientis uerbum ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſin ad litteram, & in libris de ciuitate Dei, uidetur ſentire, quòd illi ſex dies creationis apud Moſen cap. I. Geneſis, ſunt una dies ſepties repetita. Auguſtinus tamen libro de mirabilibus Sacræ ſcripture dictum Sapientis aliter exponit, cũ dicit. Qui uiuit &c. creauit &c. ut ſimultas non referatur ad inſtans creationis, ſed ad inſtãs diſpoſitionis, quod eſt æternitas, ut ſit ſenſus, creauit omnia quæ ſimul ab æterno diſpoſuit, quæ uidetur fuiſſe eius Auguſtini opinio & Tertia opinio eſt propria authoris. Franciſcus Maroneus. Auguſtinus.

nio & finalis intentio, quum librum de mirabilibus creditur postremo feciſſe, quem non ponit in libro retractationum ſuarum. Simul ergo cum terra metalla & lapides deus condidit, dum una uoluntate multiplicem omnium ſpecierum uarietatem fieri diſpoſuit, in qua uoluntate una omnia ſimul ſine tempore fecit, quæ ab ipſo ortu ſuo per tempus diſpenſare non deſinit. Non enim uerum eſt quod Alchimiſtæ canunt aſſerentes ex Argento uiuo & Sulphure fieri metalla, & generari Argentum uiuum ex ſubſtantia aquea mixta terreo ſubtili mixtione forti. Nam in territorio Lugdunẽſi ac etiam Lotharingo pleræq; ſunt Argenti fodinæ multa argenti copia abundantes, & tamen nullibi in Gallia nec Lotharingia argentum uiuum reperitur. Quapropter ab illis maxime cauendum eſt, qui aut receptas (ut ipſi loquuntur) probatas neſcio à quibus principibus ſeſe habere gloriantur. Lunam figere, & ad gradus auri mediocris, aut optimi tingere, Mercurium coagulare partem cum parte, & uaria augmenta poſſe efficere mentiri non uerentur: à quibus nimirum tot hominum milia decepti, & alieni auri cupidi, proprij uerò, quod habuere inſumptuoſis expenſis largiores, omnino defecerunt, & quotidie deficiunt, nec alieno periculo cautiores deſiſtunt. uidẽtur enim eſſe de numero illorum, de quibus Paulus gentium Doctor ſcribit. 2. ad Timotheũ 3. ſemper diſcentes & nunquàm ad ſcientiam ueritatis peruenientes.

Simul cum terra metalla & lapides Deus creauit.

AVRI

AVRI PROPRIETAS.

CAPVT IX.

AVRVM ut Razes scribit tremori cordis & atræ bili adiutoriũ præstat, & ut inquit Serapiõ Limatura auri confert Cardiacæ, melancholicæ, & debilitati cordis, & quãdo cauterizatur cũ eo, non facit ue sicas cauterizatio eius, & est melioris & uelocioris curationis. Aurũ est calidæ naturæ, leprã ac scabiem curat in puluerem redactũ & antidotis mixtũ, habet etiam uirtutẽ confortandi, non quòd membra nutriat, sed quòd alteratiua uirtute corpus immutat, uulnus ex auro factũ nõ corrumpitur in tumores. Et ut Halyabbas siue Isaac secundo sermone practicæ scribit, Auri fõlia carnem comedũt sine morsura, suntq; sicca subtilia, limatura auri cor confortat & pulsioni medetur. Aurum omni metallo est temperatius, ideo non reponitur caliditas eius in aliquo ordine. & ut inquit Auicenna, Aurum est æquale subtile, confortat oculos in Alchol positum & confert cordis tremori, ac timori animæ, & ei qui solus loquitur. Aurũ inuenitur in fluminibus ut ĩ Rhodano apud Lugdunũ & in fõtibus ac etiã in montibus quandoq; ut in Scotia ac Vngaria, sed raro. nã multus est labor in purificãdo & lauãdo. In duplo quoq; põderosius est Argẽto aut Aere uel Stagno: in igne nõ cõburitur, sed purgatur.

Quibus conferat Aurum.

Halyabbas siue Isaac in Haly.

DE ARGENTO.

CAPVT X.

ARGENTVM ductile est, tractabile, argenti uenæ multæ & in multis partibus orbis reperiuntur, ut in Gallia ac Lotaringia, nec est purum in se sicut

se sicut aurũ. Sed terræ ac sordibus admixtum, ideo labor est ut per ignem expurgetur. Argentum autem consolidat alia metalla, & quasi unum efficit consolidata.

Razes. Argenti complexio. Et ut Razes tertio ad Almansorem scribit, Argentũ frigidum est, cordisq; proficit tremori. Et ut Auicẽna scribit canone 2. Argentum infrigidatiuum est & exiccatiuum, bonum scabiei & prurigini: confert tremori cordis & humiditatis, uiscosis.

Constantinus monachus. Est argentum inquit Constãtinus temperatũ in humiditate, & est contra humidam & uiscosam pituitam.

DE FERRO.

CAPVT XI.

FERRVM ut inquit Aristoteles Meteororũ III. à calido liquatũ coagulatur, infrigidatũ ipsumq; operatũ liquatur, ut humidũ fiat, interdũq; coagulatur. Et ut Auerrhous scribit V. colliget, ferrũ uehementis est siccitatis, & quãdo multũ teritur infũditur in aceto plures uel ĩ lacte caprino acetoso: ualet cõtra limositatẽ stomachi, & cõtra dolorẽ splenis, & passionẽ ani, & facit nasci carnẽ in auribus ulceratis. In quo ordine ferrũ reponatur calidũ aut frigidũ ab autoribus antiquis non reperitur.

Ferri proprietas. Petrus aponẽsis. Aliqui inter calida reponũt, ut Petrus aponẽsis dictus cõsiliator prima ꝓblematũ ꝓblemate XXXIIII. Alij uerò ponũt frigidũ, ut Auerrhous V. colliget. Sauonorola in libro de Balneis frigidũ ponit in secũdo ordine ac aridũ in tertio. De alijs metallis nõ scribemus. Sufficiat scripsisse de auro, argẽto & ferro, quibus cotidie in arte medica utimur. Alia autem mœchanicis ac mercatoribus relinquimus.

FINIS.

SYMPHORIANI CAMPEGII LOTHARINGORUM Archiatri Apologetica disceptatio, qua docetur an sanguis mitti debeat in Causone & sub cane aut prope canem, & an pharmacia fortis danda sit in principio Febrium arsiuarum, ad Hieronymum Montuũ Viennensium Archiatrum amicum suum.



VETEREM legimus professorũ morem fuisse, quem posteriores crescentibus subinde disciplinis seruauerunt, ut ueri habẽdi gratia, si quid à scriptoribus perperam dictum fuisset, id corrigere & emendare uellent, nec amicis, uel præceptoribus parcerent, modo ueritati consulerent. Sic Aristoteles præceptorẽ suum Platonem, Varro Lelium, Cassellium Sulpitius, Hilariũ Hieronymus. Rursum Hieronymum ac Ambrosium Aurelius Augustinus reprehendit. Alij quoq; permulti leguntur, quorum concertatione bonæ artes et illustratæ sunt, & creuerũt maximè. Hos ego Hieronyme clarissime imitari cupiẽs, cũ apud Lugdunum hoc anno M. D. XXXII. nobiscũ esses, plures & quidem iuuenes fortissimi, quibus flaua bilis à natura dominaretur, causone ac continua ex flaua bili

Causon ex flaua bili.

febre laborarent. Et quum accitus fuisses Hieronyme amicorum spectatissime ad uiri cuiusdam illustris domini curandam ægritudinem, tum etiam temporis ad consultandam cuiusdam pharmacopolæ ualetudinem conuocatus fui. Quum autem hic adesses, meo quidem suasu huic nostræ consultationi, tu quoque ingenij tui sane perspicacis operam præstares. Ego (quia in primis medendi gratia accitus fueram) rem omnem ab initio aperui. Sed cum de phlebotomia facienda incidissemus, ac de ea facienda fieret mentio, non sine controuersia acta res est. An phlebotomia huic febricitanti cõpeteret: cui negandam esse censui, præsertim cum iuuenis foret & debilis, ac in sexta die morbi, ac febre continua, in æstate arsiua & uigiliæ molestarẽt, quibus uires ægroti debilitantur. Ipsa præterea ambientis aëris tempestas, quæ calida ac sicca fuerat, qualis est tempore medio inter canis ortum & arcturi, atque ideo ferè omnes quibus medici sanguinem hoc anno abstulerunt interierunt. Non potui sanè pati bona Gallorum ingenia sic decipi, & turpiter à medicis Barbaris, Pœnis, Bethicis, ac Hispalicis turpiter in Celtarum perniciem errare. Opem itaque cum ueritati tum amicis ferre uolui, atque ea refellere uolui, quæ plurima temerè & sine iudicio facta eo anno fuere. Tum in libellum coacta Hieronymo Montuo priuatim dedicare statui, in quo sinu nostra ætate maxima spes & studiorum ratio fouetur. Ego autem & si in errores iuniorum medicorum doctrinam Arabum sequentium, & qui in omni causone ac

Consultatio medicorum Lugduñ.

Inter canis ortum & arcturi non est pharmacandum.

conti

continua febre & sub cane & immediate ante canem sanguinem ex ucna mittere audent inuehamur. Tamen nec petulanti, nec contumelioso sermone res agitur, sed literis & eruditione certatur, ut scilicet aliquando rectè dijudicari possit, uerius ne barbari isti ac forenses medici, an Campegius de sanguinis missione in causone differat. Vale igitur Hieronyme charissime, & nos symphoniace ama.

DE MISSIONE SANGVINIS IN febre arsiua ac causonica ex traditione Auicennæ.

CAPVT II.

PRIMVM omnium ut errorem iuniorum medicorum conuincamus, Arabum opiniones more nostro præmittamus, ex quibus liquido monstrabimus, eosdem toto cœlo errasse. Inter Arabes autem Auicenna illorum princeps Lib. 4. Fen 1. Tract. 2. cap. 44. de cura causonis de phlebotomia in hunc modum scribit. Et non phlebotometur, fortasse enim inflãmabit eos, & fortasse iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas & rubedo. Hæc ibi. Et ca. 7. de cura uniuersali putredinis paulo ante inquit. Et cum postponitur phlebotomia in principio ægritudinis non amplius est ei intentio, & fortasse interficit per aduentũ debilitatis uirtutis. Et similiter si times uictoriã humoris, magis necessaria cautela est euacuatio. Et paulo post. Et cõsiliũ quidẽ meũ in phlebotomia est, ut dimittatur quantũ possibile est. Hæc ille. Et ca. 40. de cura tertianæ puræ de euacuatione in ea, ita scribit. Et tu quidẽ

non auſcultes ſermonem eius, qui concedit in principio ſolutiua fortia & mirabolanos & his ſimilia, imò oportet ut properes imprimis, & lenias lenitate quadam, ſicut ſunt tamarindi & tereniabin, aut ſyrupus uiolatus. Et paulo ante dixerat ita, ſi fuerit fortis & fuerit illud, quod uincit ſanguis, aut cũ humore qui uincit ſanguis, tunc phlebotomia eſt magis cõueniens, & proprie cum urina eſt rubea groſſa, non citrina ignea, ex qua timeatur apud phlebotomiam uictoria coleræ & acuitas eius: deinde fac ſequi phlebotomiam ſolutionem uentris. Et magis dilectum eſt apud me adminiſtratio clyſteriorum, ſecundum ultimitatem quæ indigetur in uirtute. Hæc Arabs Auicenna. Ex hoc capite deprehendent, manifeſteq; agnoſcent ueritatis amatores, quanta in caligine uerſentur hi, qui mordicus tenent Auicennam, uniuerſæq; medicinæ principem ſtatuunt, ac omnia, quæ idem ſcripſit ſine ullo rationis examine, pro uero admittunt. Certum enim eſt Auicennam nihil eorum, quæ ſcripſit exploraſſe. Regulus enim Hiſpalenſis fuit & curandis infirmis operam non dedit, tranſcriptorq; tantum Pauli, Raſij, Iſaac, ac Agazelis, aliorumq; fuit. Proinde ubi ſuis uelis nauigare tentauit, mox nauem impegit. Ipſe enim dum res naturales ingenio proprio tractare aggreſſus eſt, uſq; adeo argutulè diſputauit, ut proſperata gloria mali philoſophi nomen adeptus ſit. Et hæc uera eſſe ſentient omnes, qui ea, quæ de phlebotomia ſcripſit, & in hoc capite ſcripta ſunt, exacto iudicio trutinauerit. Animaduertendum itaq; phlebotomiam apud Auicennam in cauſone faciendam, & non faciendam

Auicẽnæ verba de lenitione vẽtris & miſſione ſanguinis.

Auicenna ſemper dubius.

Regulus Hiſpalenſis Aui.

Paulus. Raſis.

Anceps & dubius Auicẽna.

dam fore. Ita dicens, non phlebotometur, fortasse enim inflammabit eos & fortasse iuuabit. Quis est iam qui collatis Auicennæ uerbis phlebotomiam faciendam esse in causone, & non faciendam affirmauerit? Quare de eadem re apud illum dici potest, est & non est. Et sic apud Auicennam idem de eodem dicitur, est & non est, & omnia per fortasse soluentur. Adeo nihil penitus eorum quæ scripsit, ut scribit, meminit, ita ut deierare quis posset, hominem omni cerebro ac memoria caruisse, quod tam pugnantia nõ animaduerterit. Secundo non meminisse Auicennam quæ dixerat, ex eo colligi potest capite septimo, eodem libro, cum dicit. Cum postponitur phlebotomia in principio non amplius est ei intentio, & fortasse interficit, & sic per fortasse omnia argumenta soluit. Verum ueritatis studiosi facile ex uno errore æstimabunt, quantum in alijs sit fidendum Auicennæ. quem etiam nisi iudicium accedat ac delectus, consultius est perpetuo suum fortasse, quo fortasse sua dubia soluit, non attigisse, quàm illud fotasse apud eundem legisse. Nemo miretur me Auicennã erroneæ medicinæ magistrũ principẽq; statuisse, cur enim eo nomine non dignus sit, qui reliquis tot errandi occasiones in re medica per fortasse præstiterit, non uideo. Vtinam uero non tantæ aliquando forent, ut istis uita humana periclitaretur, ita enim conniuendi nonnunquàm subesset ansa. Proinde cum illa Auicennæ ignorantia ac errandi occasio, quam per fortasse medicis iunioribus in medicinis præbuit, tanta sit, ut sine uitæ humanæ ultimo discrimine tolerari non queat, merito & hic inter reli-

Omnia per fortasse soluit Auicenna.

Nihil certum apud Auicẽ.

Fortasse Auicẽg peculiare.

Magister errorũ Auicenna.

Erroneæ medicinæ magister Auicenna.

qua eius errata locum habebit. Nihil autem mirum, aliis errandi occasionem dedisse Auicēnam, cum ipse cap. 40. inquit, non auscultes sermonem eius, qui cōcedit in principio tertianæ puræ solutiua fortia, ut sunt myrabolani, & similia. Et cum myrabolani sint frigidi, & apud omnes Arabes reponantur inter benedictas medicinas, uidetur ignorasse quid sit myrabolanus, id quod non modo ambigua, uerum etiam contraria, quæ de cura ipsa ueræ tertianæ ac causone scribit, indicant. Ridiculum enim fermè est putare myrabolanos, quos nostri temporis medici benignos esse uolunt, inter fortes medicinas poni debere. Opinio tamen mea est, in principio ueræ tertianæ ac in omni continua ex flaua bili in principio cum Auicenna dare lenientia solum, ut sunt uiolæ, cassia fistula, manna, mercurialis. Et hæc fuit sententia Galeni primo ad Glauconem, ut postea dicetur.

Auicennæ error.

Opinio Campegij.

AN IN CAVSONE ET TERTIANA continua in principio sint phlebotomandi ac pharmacandi ægrotantes, ex Isaac Israëlite.

CAPVT III.

NEMO est qui ignorat, quàm omnes nostri seculi iuniores medici, id maxime conentur, ut in febribus continuis ex flua bile, Tertiana etiam exquisita, non semel, sed iterum atque iterum purgantes medicinas propinent douorandas, ac sine aliqua consideratione in

ne in principio sanguinem mittunt. Quantum uero erroneum sit primum ueterum testimonijs, deinde etiã ratione una aut altera demonstrabimus. In primis itaq; inter Arabes occurrit Isaac Salomonis Regis Arabum filius adoptiuus qui libro febrium parte quarta capite XV. ita scribit. Si fuerit necessitas purgandi inferius in acutis febribus, fiat purgatio cum prunis, uiolis, cassiafistula, manna & similibus. Oportet ergo tunc temporis catharticum negari, & studium impendi ab initio usque ad statum cum supplemento naturæ, ut uirtus custodiri ualeat, quòd fit cum dieta facili ad digerendum & laudabilem generante chimum, & uirtutem custodiente, sicut ptisana & mica panis loti. Sin autem uiderit doctus medicus in initio morbi quòd necessaria sit pharmacia & phlebotomia festinanter ea agat prius quàm morbus confortetur, & augmentetur, & natura debilitetur. Et tertio suæ practicæ Panthegni capite XXVIII. ita scribit. Virtus enim si in initio imbecillis sit, negetur phlebotomia, minus tamen est mala quàm si in statu sit, quòd si in initio fiat perditio infirmi, longa erit in VII die uel XIIII. In statu uero nunciat perditionem in illo die aut in tertio. Et capite XXX. eiusdem libri de Sinocho inquit. Sanguis cum putrefit in toto corpore facit febrem sinochum, quam curare debemus cum phlebotomia, & hoc ante statum nisi aliquid nobis obuiauerit, sicut debilitas uirtutis. Et capite sequenti de cura tertianæ ita scribit. Febris tertiana molestior est cæteris putridis propter acu-

Israel regis Arabũ filius.

Quæ in principio cõtinuarũ conueniant.

Isaac in Panthegni.

men materiæ eius: & quia cauſon eſt uicina, unde oportet medicum in hac febre ſibi cauere ab initio, ut non det infirmo rem calefacientem ne materia calefacta cum ſui acumine ad caput ſaliat, & phreneſim generet. Et ſi uirtus ſit fortis infirmi & materia furioſa dare poteris catharticum choleram rubeam purgans eiusq; acumen extinguens, ut ſunt pruna, myrabolani, citrini, caſsia fiſtula, manna & ſimilia. hæc ille. Ibi Iſaac præcipit dare myrabolanos, & Auicēna prohibet: notes Arabum medicorum diſcrepantiam. Ex ijs itaq; ſatis conſtat, inter ſe differre Auicennam & Iſaac: quod non animaduertentes noſtri iuniores medici Arabum ueſtigia ſequentes lapſi ſunt, ac quotidie errant in principio febrium arſiuarum, & ſub cane & ante canem abſq; ulla diſcretione ex uena ſanguinem mittentes, ac ſolutiuis pharmacis ægros purgantes. At non eſt quòd moroſis iſtis barbaris perſuadeamus, ut iam ſenes canonem imitentur.

GALENI PERGAMENI DE miſsione ſanguinis in acutis febribus opinio, qua indicantur abuſus erroresq; Arabum neotericorumq; noſtrorum.

CAPVT IIII.

GALENVS Libro primo de arte curatiua de cura febrium continuarum in hanc ſcribit ſententiam. Multos itaq; uidi, qui ita affecti erant, quoſdam interijſſe, nōnullos ad extremum periculum fuiſſe perductos, quum medici eos curare tentaſſent antequam

os

os stomachi corroborassent. Sed neq; si fuerit febris cum profluuio uentris, alia est opus euacuatione. Verum hæc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione. Quicunq; enim his plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mittere, aut uentrem mouere tentarunt, in grauiora pericula duxerunt. Sed neq; si quis simul & distentione neruorum laborauerit, & sanguinis eguerit missione, neq; huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit morbus. Sed aliquid etiam accidenti est relinquendum, cuius causſa sæpe sudores eueniũt, & uigiliæ molestant, & uires ægroti debilitãtur. Ita etiam si uehementissimæ uigiliæ aut dolor intensus ægrotum infestant, cauendæ sunt subitæ ac multæ euacuationes. Ipsa præterea ambientis aëris tempestas: loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisitè calida ac sicca fuerit, qualis est medio inter canis ortum & arcturi: atq; ideo omnes quibus medici omnino de temporum statu cogitantes sanguinem abstulerunt, interierunt. Si etiam ualde frigida fuerit, tunc quidem sanguinẽ mittere est formidandum. Eodem modo & quicunq; supra modum crassi sunt aut macilenti. Nam et his uenam incidere cauendum est: aliasq; euacuationes integras uereri oportet. Hæc Galenus.

Cauendę multæ euacuationes.

Antiqua quoq; Galeni traductio multomagis ampla est.

DE SECTIONE VENAE IN FEBRE Arsiua ex flaua bili secundum traductioem antiquam Galeni.

CAPVT V.

Galenus. NEMO miretur me traductionẽ Galeni antiquã hoc in capite citare, cũ sit amplior ac in ea multa contineãtur quæ in noua omittũtur. Ipse enim Galenus Lib. eodẽ ad Glauconẽ secũdũ antiquã traductionem in hãc scribit sentẽtiã. Nõ enim ad omnia hic æger sufficiet, arbitrãdũ etiã hic & quasi symptoma aliquid accipiendũ ad rationẽ ægritudinis: & si sit aër uehemẽs calidus & siccus: sicut in præsenti anno factũ uidimus, incipiẽte ortu canis uel arcturi atq; situ stellæ, quod tempus incipiẽs à XV. Calendis Iulij usq; ad Nonas Septẽbris, & sunt numero dies quinquaginta. Vnde omnes qui in hoc tẽpore sanguinẽ detraxerũt, finẽ uitæ fecerunt, eo quòd medici ipsorũ causa tantũ attẽdentes, tẽporis rationem ignorãtes symptoma causarũ nõ uiderunt. Nãq; illis in sicco & magis ignito, ut diximus, temporis aëre ablato irrationabiliter corporis: quo sustinebãtur, humore siccatis nimiũ & arefactis subitis angustijs anima exhalauit. Illos uero, qui molli & fluido corpore & imbecilli sunt, quia facile uincũtur ab omni re nec ferũt molestias, nõ exhauriẽdos cẽseo, etiam cũ id fieri manifesta caussa postulet, & nõ solũ detractione sanguinis, sed alijs etiã quibuscũq; purgatorijs uel medicaminibus mediocriter, & non de semel, ut diximus, uehementer in ijs utẽdum est, quia iã mox uicti malefiunt atq; deficiunt. Vnde partim paulatim melius utimur, & sine metu atq; periculo. Hæc Galenus.

Dies caniculares.

Mollis vt Galli.

AN SVB CANE ET ANTE canem difficiles sint euacuationes, & quales ex Galeno.

CAPVT VI.

PRIMVM omnium, ut errorem Neotericorum qui ubi ignitior, feruentior, & exusta natura est, medicamentis purgantibus ac phlebotomia ægros excrutiant probè conuincamus, Galeni uerba more nostro præmittamus: ex quibus liquido monstrabimus, eosdem toto cœlo errasse. Galenus ipse libro Aphorismorum quarto Aphorismo v. ait. Sub cane ignitior & feruentior natura tantisper medicamenti purgatorij nequaquam aspredinem sustinet. Quare & plures purgati hoc tempore incidunt in febres, & natura ex æstu imbecillis magis ex purgatione dissoluitur: & quidem purgatio hæc praua fiet, cũ calor aëris ambiẽtis in partem trahat extrinsecã, contrariã ei, ad quã medicina ducit humores. Quapropter, ut Hippocrates inquit, sub cane & ante canem medicamentorum usus difficilis est. Galenus ipse in libro de curandi ratione per sanguinis missionem sic scribit. Proinde minus detrahimus quàm plenitudo commouet. Quod ad ætates quidem attinet in pueris: quod ad corporis habitus in cãdidis, & quibus mollis teneraq; est caro, quales Galli sunt: quod ad tempus sub cane. Et paulopost inquit, morbus ingens, roburq; uirium, excepta ætate puerili, & aëre nos ambiente ualde calido, idcirco & mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur. Itaq; ex morbo, ætate, tempore & uiribus minuendus esse san- Galenus.

guis

guis cognoscitur. Et paulò antè ita scribit. Exoluta ab id genus affectibus uirtus, adhibita sanguinis missione, in extremum malum recidere solet: ut nequaquam postea restitui possit. Quod ubi euenit, periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedat statu æstiuo stomachoq; male affecto, aut toto adeò corpore natura molli, & temperie humido. Quocirca qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione uacuare non conuenit. Sed frictionibus, mediocriterq; ex calfaciētibus unctionibus. Hæc ille. Iam uideant medici iuniores quo pacto suos sycophantas, suosq; sophistas, Sermonetas, Forliuios, Vgones, Garbones, Gentilitios, Herculanos, Falcones, cæterosq; Pœnorum Arabumq; autorum uestigia sequentes tueantur, quos existimant cōcinno quodam ordine totā Galeni doctrinam texuisse, & uniuersam medicinā per paralogismos ac argutas argumentandi uias tradidisse posteris. Sunt ex illis dicentes phlebotomiam aliam esse ad euacuandum, aliam uerò ad diuertendum, esseq; aliquam, quam Galenus non nouit, Euentatiuam, quam dicunt in morbis acutis & sub cane existentibus, fore utilem. Verum ueritatis studiosi Galeniq; sectatores facile ex illorum euentatiua seu cymmeria phlebotomia, quā Galenus ignorauit, æstimabunt, quantum in alijs sit fidēdum, quos etiam, nisi iudicium accedat ac delectus, consultius est perpetuo non attigisse. Non pauci tamen inter Arabes sunt medici, qui phlebotomiam non solum sub cane, sed & in tota æstate prohibent. In quorum numero fuere Auerrhous ac illorum alter Solomon Abimeron, Auenzoar, unde VII. sui Colliget, ita scribit. Et dixit

Neoterici medici quales.

Euentatiua phlebotomia a barbaris inuēta, quę est fuga miserorum medicorum.

xit Auenzoar, Tempus phlebotomandi conueniens est uer, tempus uero æstatis prohibet, propter uirtutis debilitatem, & propter spirituum resolutionem. Auicenna quoq; illorum monarcha inquit. Stante mixtione aliorum humorũ cum sanguine, sanguine ipso non peccante cõsilium meum inquit est, ut relinquatur phlebotomia quantũ possibile est. Istis omnibus cõsideratis talem formabimus conclusionem de mente Galeni, aliorumq; antiquorum medicorum. Auicēna Arabum monarcha.

CONCLVSIO.

QVANDO exquisite calida ac sicca fuerit febris, qualis est tempore medio inter canis ortũ & arcturi, in iuuene flaua bili abundante, in febribus magnæ inflãmationis, ut in causone, Febre cõtinua syncera, quam neoterici proportionalem uocant, ac in tertiana pura & syncera, sanguis mitti uon debet. Nam, ut Galenus inquit, omnes medici, qui nihil de temporum statu cogitantes sanguinem abstulerunt, interierunt, ac finem uitæ fecerunt. In febre tertiana syncera interpollata mitti etiam non debet, nam ut plurimum de interpollata fiet continua, nam euacuatis uenis: humores ad extra trahantur ad interiora ac interna loca. Sanguinis enim missio humores subtiliat, ac illos in motu ponit: quarè maiorem inflãmationem ac ardorem causat. Campegiana conclusio.

NICOLAI VOLCYRI IN Speculum D. Symphoriani Campegij Tetraſtichon.

Campegius ſpeculum libris legit ipſe Platonis:
Naturas rerum continet hoc ſpeculum.
Quos cupis ô lector longinquis mittit ab oris
Campegius ſuaues melliſluosq; modos.



IODOCI BADII TE= traſtichon ad lectorem in Specu= lum D. Symphoriani.

Hoc ſpeculo cernens diuini ſenſa Platonis
In naturali protenus hiſtoria:
Ne congeſta librum bona tot mireris in unum,
Omnia Campegij ferre Minerua poteſt.

IOANNES

CAMPEGIVS SYMPHORIANO CAMPEGIO PHILOSOPHO MEDICOQVE CONSVMMATISSIMO.



EDDIDIT MIHI LITERAS tuas Cæleſtinorum prior, quibus te librum conſcribere ſignificaſti (cui Horto Gallico nomen indas) Librum inquam quo apertiſsimè ſimul ac doctiſsimè prodis non ab India, non à Gadibus, non ab inſulis fortunatis, non à felici Arabia, deniq; non à Mahumetenſium Turcarum´ue orbe ac imperio petẽda eſſe remedia, quæ in Galliarum ampliſsimo, latiſsimo, ac florẽtiſsimo regno paſsim nobis uel inuitis occurrunt. Cedent horti Heſperidum, Cedent Adonidis horti, cedẽt etiam uel celebratiſsima priſcorum monumẽta Hortulo tuo Gallico. Magna profecto res eſt, & ut nihil fortaſſe admirabilius, ita longe facilius quidem quàm homines opinentur, in promptu auxilia habere, quibus & ſanitatem inculpatam tueamur & morbos depellamus, prouida enim & ſacra illa omnium rerum parens natura, hoc eſt, Deus opti. maxi. nuſquam non homini remedia diſpoſuit, non prata, non ſemitæ, non horti, non ſyluæ, non flumina, non maria noſtra medicinis carent: quæ (ita me deus amet)

amet) nõ aliã ob causam sordescunt, quàm quòd inuentu faciles sint, & uulgò paratæ & sine impendio, ex quibus uiuimus. Sed bone deus, prodigiosa ingenia, ac malefica, ne uilior esse ars, quam profitebantur, ad Indicas gemmas ad extremi orbis adulteratos liquores, gummi, radices, flores, seminaq; moribundum hominem reijciunt, qui uel domi meliora cœnare posset, ijsq; sanitati pristinæ confestim reddi. Mittamus sua Turcis, mittamus Indis, Iudeis, Arabibus: & quicquid apud nos locorum, quicquid terrarum, (quod certe non angustum est) diligentißime scrutemur, remediorum gratia, nec amplius pendere à subsidio Turcarum, Christiani nominis hostium crudelißimorum discamus, nihil enim est, quod sibi in nos licere non putent, ferro an ueneno nos adobruant quid refert? Facis (mea quidem sententia) clarißime simul ac charißime auuncule opus præstantißimum ac nullis (ni fallor) seculis intermoriturum. Verum enimuero cum liber ille tuus magno fauore, forti patrocinio, clarißima authoritate egeret, ut in conspectum hominum ueniret, ab hisq; probaretur, delegisti, iudicio quidem elegantißimo, potentißimum, prudentißimum, fortißimum Regem nostrum Christianißimum Franciscum, sub cuius numine ac clypeo in lucem prodiret. Quid etenim cautius cõmodiusq; à te fieri potuit, quàm illius implorare auxilium, cuius ductu ac auspicio bonæ omnes disciplinæ uirtutesq; in Gallias conuolarunt, cuius nutu ex omnibus terris omni doctrina præstantes uiri accurrunt, ut nõ immerito cõmunẽ quandã nationũ omniũ ac totius terrarũ orbis patriã Gallicã aulã nomi

nari

riari debeamus, eoq; iam inde ab initio uidetur natus fato Rex noster Franciscus, ut quod ubiq; gentium rari egregij ue esset, una susciperet. Quis regum arctius literatos homines amplectitur? quis maiori beneuolentia prosequitur? nulli ad ipsum facilius admittuntur, quàm docti, nullis regia liberalitas magis patet. Quare ex his omnibus præclarissimis animi dotibus ac uirtutibus in eam opinionem omnis christianismus adductus est, ut sub eo literas omnes purgatiores ac disciplinas reuiui= scere sibi persuaserit. Taceo collegium illud trilingue abhinc aliquot annos institutum Lutetiæ, cui præsunt uiri in paucis nominatissimi, omitto deniq; totam Pari= sienſem academiam toto orbe celebratissimã. nusquam eloquentia clarior, nusquam philosophia castior orna= tiorq;, nusquam medicina manifestior, quæ illic primum in germanam linguam ac pristinum splendorem resti= tuta est. quot illic (bone deus) philosophi mediciq; præ= stantissimi, tum utraq; literatura tum doctrina recon= dita? Ex his Martinus noster Achaquia qui cum eloquen tia singulari summam eruditionem coniunctam habet, quod propediem declarabit liber Galeni de remedijs se= cundum locos è græco in latinam coloniam uersus. Est quoq; uir singulari ingenio ac iudicio Ioannes Vacce= rius Græca doctissimus. Est item Guarinus uariæ lectio= nis homo, Græca lingua instructissimus, præterea Iaco= bus Syluius Galenicæ doctrinæ interpres (si quis alius) aptissimus. Porrò & Ioannes Guinterius, qui indies aliquid emittit in lucem humanæ fragilitatis iuuandæ gratia. Et, quos, non sine laudum magnarum cumulo

M. Achaquia.

Io. Vacceri⁹.

Guarinus.

Ia. Syluius.

Io. Guinteri⁹.

quis nominare debeat. Gulielmus copus Galeni instaura
Guil. copus. tor maximus, Pauliq; Aeginetæ primus ac fidelissimus
interpres, ac Ioannes Ruellius in uertẽdis Græcis inge=
Ioã. Ruellius. nio felicissimo, doctrinaq; cõsummatissima, cuius corol=
larium in Dioscoridem copiosissimum ornatissimumq;
omne literarũ theatrum summo cum plausu excipiet.
quippe eo (si quid de re medica iudicare possumus) nihil
singularius aut admirabilius esse potest, ita suis quæq;
coloribus deliniantur ad nostram professionem pertinẽ=
tia, ut numerosissimas herbas, aliaq; medicamina multis
abhinc ãnis medicis ignota, ingenuè ac uerè possis agno
scere, usqueadeò rem omnẽ tractat, ut sub oculos poni
uideatur: quod non mediocri auxilio erit, his qui tuam
illam methodum quærendorum remediorum in Gallia
imitabuntur, & sanè imitabuntur probi christi sectato=
res, qui naturæ beneficia in hominum perniciem nolunt
conuerti. Hortulus iste tuus magnopere arridet reueren
dissimo domino D. Cardinali Turnonio Mecænati no=
stro, qui quàm eleganti sit tum ingenio, tum iudicio sa=
tis superq; nosti, nihil charius unquam habuit quàm pro
desse reipub. pro qua ne periculum quidem uitæ subire
unquam pertimuit. Quare uix literis explicare queam,
quantum uoluptatis capiat, ubi quempiam studentẽ rei=
pub. uidet. Nihil uerò huic magis prodesse potest quàm
optimorum ciuium conseruatio, qui nullo alio magis cõ
seruantur quàm medicinæ præceptis, hoc est tuis, qui cũ
Leoniceno & Manardo uiris celeberrimis scelera frau=
desq; officinarum, in quibus (ut cum Plinio dicam) cuiq;
uenalis promittitur uita, aperueris. Valeant igitur sepla

siariorum

ſiariorũ mixturæ fucatæ, ualeant ſyrupi in quibus plærunq; Mures & Aranei immoriũtur: quæ ne canes quidem impunè deguſtarint. ſed uereor ne operam ludatis in tanta hominum nequitia, in tanta ingluuie, in tanto luxu, tamq; delicatis palatis, & languentibus ſtomachis, quibus nihil niſi exoticum gratum eſt: ſed quid tam multis ago? Bene uale chariſſime Auuncule, Satelliaci poſtridie diui Ioannis Baptiſtæ 1532.

TVVS EX ANIMO IOANNES CAMPEGIVS.

SYMPHORIANVS CAMPEGIVS ANTONIO FILIO S. D.

Crassus.



LTERO Crasso censore nũc opus esset fili charissime, qui ut olim prauos rhetoricæ magistros sustulerat, sic hodierno tempore litterarum Gymnasia corrigeret. In quibus iuuẽtutis nostræ ingenia nõ solũ nõ acuũtur, sed obtũdũtur & dediscũt discẽdo, cũ ludi, qui humanitatis & modestiæ ac doctrinæ esse deberẽt, sint nũc insolẽtiæ & arrogãtiæ ac ignorãtiæ pleni, ita ut quinquẽnio paulo plus minuśue, oratores siue dialectici, philosophi & medici efficiãtur. atqui quot quãtaq́; ad medici perfectionẽ (de reliquis enim nũc sermo nõ habetur) pertineãt, cognoscere poteris ex hoc nostro Speculo medici christiani, quod his diebus scripsi. Ego autẽ tibi dedicaui existimãs speculũ hoc nulli magis quã tibi conuenire: simul etiã, ut aliquãdo mirari desinas cur tã pauci boni medici reperiãtur, quos oporteret institui Liberali educatione doctrinaq́;, puerili flagrare studio à natura ac uniuersorũ præceptorũ experientijs adiuuari, ornatissimos sapientissimosq́; medicos ad cognoscẽdũ imitãdũq́; ꝓponere, auariciã cæterasq́; animi perturbationes remouere: quæ cũ à plerisq́; omittãtur, nec aliud quicquàm illis curæ sit q̃ lucellũ: nõ est mirãdũ, si q̃nq́; corpora nostra cruciãtur, nõ ad doctrinæ experimẽtũ, sed ad preciũ expedita. Vale igitur fili charissime, & quæ in nostro speculo scribuntur, obserua.

SPECV

SPECVLVM

MEDICI CHRISTIANI DE INSTI= tuendo ſapientiæ cultu, ac de ueris & ſaluta ribus animi & corporis remedijs, Sym= phoriano Campegio Lotharin= gorum Archiatrò Authore.

DE DVPLICI MEDICINA.

DOCTRINA I.

EX DVPLICI ſubſtantia, cor= pore ſcilicet & anima ut con= ſtat homo, ita & duplex eſt ho minis morbus, animi uidelicet & corporis. Duo quoq; & me= dicorum & medicinarũ genera ſunt, unũ, quo exterior, alterũ, quo interior homo curetur. Itaq; non minus ex animi, q̃ corporis uicio (Platone authore) morbi exoriũtur. Quo fit ut idem in Charmide Plato nò ſine anima corpus eſſe curandum, ſicut nec ſine capite oculos conſulat. inde & id obſeruatum aliquando fuiſſe apud Aegyptios ſacer= dotes comperio, unam eandemq; facultatem fuiſſe phar= macis, fidibus & myſterijs occupatam. Itaq; uidendum eſt priuſquam ad curam ueniamus è corpore ne, an ex animo naſcatur infirmitas. A cauſis enim incipiendum, ut arboris interitus non ex ramis, ſed ex radice peten= dus eſt.

Duplex homi= nis morbus.

Plato in Char mide de animi cura.

Antiquitº idẽ erant ſacerdo= tes & medici.

DE SPIRITVALI MEDICO.

DOCTRINA II.

Deus medicus animarum.

MEDICVS *animarum est deus, cuius operationes, & opera sunt perfecta. Animæ morbus incurabilis est nullus, corporis uerò morbi iccirco incurabiles plurimi, quia natura quæ corporalis medicinæ magistra est, dei comparatione res manca est. Medicorum etiam naturalium nonnũquàm conatus inualidus. Apud Platonem uirtus est animi sanitas, ægritudo uicium, uirtus bona est consuetudo uel qualitas ex bona consuetudine derelicta, uicium uerò mala. Sicut cum pulsa infirmitate bonorum ciborũ usu, frequens malorũ abstinentia corpus in pristinum uigorem sensim reuertitur, & eisdem quibus fit ualitudo seruatur, sic animus malarum operationum fuga bonarum exercito uirtutũ in se gignit, roborat, auget, & conseruat. Quamobrem nõ reperitur usquàm contra terrenos morbos medicina sufficiens præter uirtutem amorem, cultũq; diuinũ. Quapropter errat maxime Petrus ille Aponensis dictus consiliator, cum dicit peritum & bonũ medicum esse agrestium morum, & ex uili & sterili stipite natũ, ac contumelioſum. Quia inquit scientia medicinæ scorpioni & marti attributa est, quorum proprietates in malum tendunt, propter quod medicus inquit malorũ debet esse morum. Hæc ille. Errori huic sunt obnoxij mali medici omnes, ut in eorundem libris uidere licet, quos totus Mahumetensium medicorũ chorus imitatus est. Sed quantũ ea in re à ueritatis tramite deuiauerint, lucidißime ostendimus in annotationibus nostris, quas cõtra Petrũ Aponensem,*

Virtus animi sanitas secundum Platonẽ.

Opinio consiliatoris reprobatur.

nensem, apud Venetos impreßis, ſcripſimus. Primũ igitur omnium peruerſam hanc Cõſiliatoris opinionem, ſacrarum literarum authoritas explodit atq; cõuincit. Id quod in primis facit eccleſiaſticus qui in hanc ſcribit ſententiã. Honora medicũ: propter neceßitatem etenim illum creauit altißimus. A deo eſt enim omnis medela & à Rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatũ collaudabitur. Altißimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam. hæc ille. Sed quid multa? ſolent ferè omnia cõſiliatoris eſſe dubitationibus ac aſtronomorum ſomnijs plena. Quapropter medicus bonus fidelis ac chriſtianus cauere debet inſidias malignãtium ac ſemi Iudæorum medicorum. Veniunt enim ſæpius ad nos in ueſtimentis ouium, interius autem ſunt lupi rapaces, ab operibus enim eorum cognoſcetis eos. Eſtote igitur uos medici chriſtiani prudentes, ſicut ſerpẽtes exemplo diui Pauli, qui cognoſcens malitiam Iudæorũ, cum eſſet ciuis Romanus, appellauit ad Cæſarẽ. Debet igitur medicus eſſe probus, fidelis: eſt enim medicina libera ac munus dei. Confirmauit hæc Hippocrates in Epiſtolis ad Abderitas, medicinã eſſe dicens Deorum munus atq; eſſe liberam. Neq; ſe pro eius uſu unquàm mercedẽ accepta-uiſſe. In Epiſtola etiam ad Philemonem ait, Medicina uaticinio propinqua eſt, duarum enim artiũ unus eſt parens Apollo ſcilicet, qui progenitor noſter eſt. Hæc & futuros morbos prædicit, & eos, qui aduerſa ualetudine affecti ſunt, curat.

Annotationes in cõſiliatorẽ.

Eccleſiaſtici xxxviij.

Medicorũ inſidiæ.

Diuus Paulus ad Cęſarẽ appellauit.

Hippocrates.

SPECVLVM DE AMORE DIVINO QVEM habere debet uerus Medicus.

DOCTRINA III.

TOTO corde Deum diligere debet medicus chri ſtianus, ex amore immenſo, & nõ abduci blãditijs non ſeduci fallacijs, non frãgi iniurijs, ſed integrè dilige re debet ex toto corde, ex tota anima, ſcilicet fideliter.

Nihil dulcius amore.

Qui enim diligit tota anima, non timet mortem, nã nihil dulcius aut delectabilius amore, ſine amore omnia ſunt inſipida & amara. Amorem animæ theſaurus nullus ſuperat. Qui Deum tota anima amat & diligit, iam habet quem amat.

Diuus Pantha leon medicus.

Diligere etiam Deum debet more di= ui Panthaleonis ex tota mente, ſcilicet perſeueranter, more diui Lucæ memorãter, more diui Coſmæ, ut omnes ſenſus, ſcilicet uoluntas, intellectus, memoria, & o= mnes eorum operationes Deo uacent. Tantus eſt nanq; amor à tota mente procedens, ut anima Deo unita tali dilectionis glutino, nec pœna, nec tormento, nec igne, nec ferro, nec ullo alio ſupplicio poßit diſſolui, niſi adue= niat peccati mortalis immundicia. Res enim forti glutino glutinata, citius rũpitur ac frangitur in alijs locis quàm in ipſa coniunctura. ſic enim eſt de Anima, ut patet in ſanctis martyribus Pãthaleone, Coſma, Damiano, ac Vr= ſicino, qui à Dei amore nullis pœnis poterant auelli nec ſeparari: facilius enim pes ſepararetur à Tibia & caput

De dilectione Dei.

à ceruice, quàm perfectus chriſtianus à Deo. Deum dili= gere debet medicus chriſtianus ex toto corde, id eſt, intel= lectu ſine errore: tota anima, id eſt, uoluntate ſine con=

tradi

traditione: & tota mente & uirtute, id est, memoria sine obliuione. Est enim Amor uerus uia rectissima ad Deum. *amor autem obtinet quæ iustè petuntur à* Deo, *quia scriptum est.* Dilexi, *quoniam exaudiet* Dominus *uocem orationis meæ. Amor autem* Dei *hominem defendit, & liberat à malis, sicut ostensum fuit in seruo* Dei Daniele Deum *toto corde diligente, qui coniectus in lacum leonum, illæsus* Deo *protegente extractus fuit ac liberatus. unde dixit.* Recordatus es *mei domine, & non derelinquisti me. non enim honor, non pecunia, neq; aliqua terrena substantia, nec etiam uirtus, nec ars aliqua, uel scientia potest implere animam & satiare conscientiã: sed sola & uera dei dilectio. nam dilectio aut est cũ gratia, aut sine: at sine ea non potest esse dilectio uera. Insistendum igitur est in dilectione* Dei, *quia dilectio non est nisi boni, &* Deus *ipse fons est totius bonitatis.* Deus *pater est creatione & deitate.* Deus *frater est redemptione & humanitate. Christus dominus est naturalis non extraneus. quicquid habemus à* Deo *habemus, & ab ipso in fine expectamus præmium sempiternum.* Dei *uerba uerissima sunt & exemplum & forma amoris, qui dixit,* Iugũ meũ *suaue est, & onus meũ leue. hoc est domine te ueraciter diligere & amare, quod summè suaue est & leue, adeo ut nullus habeat nec habere possit caussam aut excusationem* Deum *non diligendi.* Fructus & utilitas totius dilectionis *quæ ex dilectione* Dei *acquiritur, non solum est æterna gloria, de qua dictum est, quod nec oculus uidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit* Deus *diligentibus eum: sed etiam est*

De Daniele Historia.

Absq; gratia non potest esse uera dilectio.

Naturalis dominus Christ⁹.

Paradisi gloria.

utilitas magna in hac uita, quia diligens deum castigatur à Deo, sicut à patre dilectus filius, si contingat eum deficere uel errare, dulciter corripitur & castigatur, qui de seruo extraneo non curat. Amor uestis est animæ preciosa: ista uestis ex preciosis filis, id est, beneficijs Dei collatis est contexta, & à deo subtili magisterio facta ac decorata. Est enim deaurata, iuxta illud. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato. Amor diuinus à malis animam custodit. custodit nanq; ab emulatione siue inuidia, quæ uehementer animam corrumpit: custodit uerus amor ab ambitione, quæ est cum quis quærit sui exaltationẽ, & proximi deiectionẽ. Custodit uerus amor ab amore nimio proprij boni, & à maligna cogitatione super iniurijs uindicandis. Remittit uerus amor omnia propter Deum, quem amat. custodit etiam, ne gaudeat homo super iniquitate, amor enim uerus semper gaudet super bono, & non de malo, continet autem uerus amor in se doctrinam ueritatis, qui omnes perficit amentes, docet ueritatem, quia in dilectione tota lex pendet & prophetæ. scriptum enim est plenitudo legis est dilectio. & alibi. Qui proximum diligit, legem implet, quia qui diligit proximum, diligit & deum. Amor uerò proximi ordinatus est, si ametur proximus propter deum, ille solus nouit se uerè diligere, qui ueraciter deum amat, ut deo qui est summum bonum amando fruatur. O pijssime misericordissime clemẽtissime Christe respicere me digna re oculo pietatis & misericordie, aufer a me amorem seculi, & da mihi gratiam, ut te amem, & diligam corde & opere, nec ab amore tuo separer, sed in ipso permaneam

Amor diuinus.

Oratio ad Deum.

manea in perpetuũ, & tuo amore fruar in ſecula ſeculorũ, & uitam inueniã in amore tuo ſempiternam. Amẽ.

QVOMODO MEDICVS Chriſtianus odiſſe debeat mundum ac mundi diuitias.

DOCTRINA IIII.

INTER *animi morbos amorem mundi ac eius diuitiarum antiqui poſuerunt. Eſt enim ut ſacratiſſimi patres ſcripſerunt Amor in Deũ animi ſanitas, amor uerò mundi ægritudo ac uiciũ. ſicut cũ pulſa infirmitate bonorũ ciborũ uſu, frequens malorũ abſtinentia corpus in priſtinũ uigorem ſenſim reuertitur, & eiſdẽ quibus fit ualitudo ſeruatur, ſic animus malarũ operationũ fuga bona rũ exercitio uirtutũ in ſe gignit, roborat, auget & conſeruat. Quãobrẽ nõ reperitur cõtra terrenos morbos medicina (ut ſuperius dictũ eſt) ſufficiens præter uirtutem, amorẽ diuinum, odiumq; mũdi ac diuitiarũ. Scio & expertus ſum, quòd amor mundi animas, quas ingreditur, quietas eſſe nõ patitur, ſemper enim ſuſpitionibus uaniſq; terroribus ſolicitat eas, premit enim talis amor ſemper amatores ſuos, & q tali amore implicatur, à Dei amore excluditur, talis enim amor cũ Dei amore non iungitur, neq; ad ſocietatẽ filiorũ dei peruenit, qui ſe à carnali generatione nõ diuidit. Amor mundi ſeſe cum ſuis conſolationibus, ne dicã deſolatiõibus, undiq; ingerit, per auditũ nanq; quaſi per feneſtras irruit, & mentes ſuorũ amatorũ uehementer occupat, animã polluit, charitatem uiolat, proximum lædit, Deum ſpernit, amorẽ altiſſimi repellit, totum hominem rapit, ac eundem decipit, cum labente labitur*

Comparatio optima.

Amor mundi.

labitur, & cum eum tenere quispiã credit, de facili euanescit, non consolatur, sed contristat, non permanet, sed fugit. Eius dulcedo in amaritudinem uertitur, eius pulchritudo in horrorem mutatur, eius desiderium in pœnam conuertitur. Qui huiusmodi amorem amplectitur, decipitur & præcludit sibi ingressum amoris Dei, quia ubi amor mũdi inhabitat, nõ ingreditur amor Dei summi. homo creaturam amando creatorem deserit, propter condita cõditorem relinquit, transitoria diligit, & sempiterna spernit, desolationes pro consolationibus suscipit, pœnam pro gloria, mortem pro uita, peccatum pro uirtute, & mendacium pro ueritate. De amore diuitiarũ certa experientia didici, quòd nihil laboriosius est quàm terrenis æstuare desiderijs. Nam terrenarum diuitiarum amor insatiabilis est, & longè amplius desiderio torquet animam, quàm refrigeret usu suo. talium quoq; diuitiarum acquisitio magni laboris est, possessio magni timoris, & amissio magni doloris. Qui illas amat Deum uerè amare non potest, sed cum ipsis labentibus labitur in perditionem, & qui eis innititur per amorem, cum ipsis defluit in mœrorem. qui enim eas inuenit requiem perdit, & cum uigilat, augmentum cogitat, cum dormit, fures somniat. in die est afflictus & ĩ nocte pauidus, semper autem mendicus. Videmus per effectum quòd in Auro est laqueus, uiscus in Argento, & pedica in prædio: quia qui Aurum petit, strangulatur: qui Argentum, uisco hæret: & qui prædia, alligatur. Qui manè quærit lucrũ, uesperi reperit animæ detrimentum, & sic deperit quicquid agitur. Segregare ergo debemus mẽtes nostras

Terrenarũ diuitiarũ amor insatiabilis.

à deside

à desiderijs terrenis, eleuare illas ad diuitiarum cœlestiũ desiderium, quæ in solo Dei consistunt amore. Matthæus publicanus statim ut à Christo uocatus est theloneũ derelinquens, pecuniosis uectigalibus præposuit Apostolicæ conuersationis nuditatem. Bartholomæus quoq; Syriæ Regum origine clarus, non est dedignatus in piscatorum numero haberi, ut placeret Christo, & cœlestis regni spem animo cõcipiens seruire maluit in terra quàm imperare, & persecutiões pati, quàm seculi honoribus perfrui. Lucam medicum etiam Euangelistam arte picturæ animum spiritalibus negocijs fatigatum remittere consuesse accepimus. ipse Lucas in Antiochia post Petrũ septem annis fuit Episcopus, ubi Actus Apostolorum scripsisse dicitur. Fuit Lucas arte medicus & Græci Latiniq; sermonis apprimè eruditissimus, sectator apostoli Pauli, & omnis eius peregrinationis comes indiuiduus sine ullo crimine fuit. Fuit & Eusebius papa arte medicus, qui & post Marcellum pontificem pontifex constitutus sedit mensibus septem & postea martyrio à Maxentio tyranno coronatus est. Fuerunt Cosmas & Damianus medici celeberrimi, qui apud Egæam ciuitatẽ cõprehensi post uincula & carceres, post maris demersionem atq; ignẽ, lapidationemq; ac sagittas diuinitus superatas capite plexi sunt. Fuit & Panthaleon Eustorgij Senatoris filius arte medicus, genere nobilissimus, in Nicomedia ciuitate natus, qui sub Maximiano imperatore floruit, uir eximiæ sanctitatis & incomparabilis doctrinæ, qui uirginem à serpente liberauit, & Paralyticum nomine Iesu sanauit, qui Christi fidem oratoribus superatis

De diuo Matthęo Apostolo.

De beato Luca medico.

De diuo Eusebio papa.

Panthaleon martyr.

tutatus

tutatus est, postea diu calore carceris afflictus, longa inedia maceratus, durissimè cæsus, tandem post multorum conuersionem confractis rotarum machinis decollatus.

Apud Lugdunum caput diui Panthaleonis.

caput eius à Bizantio ad nostram usq; ciuitatem Lugdunensem bis ab Angelis deportatum fuit, ubi in Basilica diui Ioannis Christi præcursoris à Lugdunensibus uneratur & colitur.

Isidorus.

Fuit & diuus Isidorus Hispalensis Episcopus in medicinis ualde doctus.

Diuus Vrcicinus.

Fuit & sanctus Vrcicinus arte medicus, Angelicus uir, sermone nitidus, fide catholicus, ac omni charitate plenus, cui dominus tantam cõtulit gratiam, ut pro sui nominis confessione martyrio coronatus sit.

Moses medicus fuit.

In lege Hebræorum sanctissimi patres medicinæ praxim exercuere. Moses imprimis post maris Rubri transitum lignum quod naturali ui sua missum in aquas amaritudinẽ abstulit aquarũ, ubi fontes amarissimi erant.

Heliseus.

Heliseus propheta, qui duplicẽ spiritum habuit, ueniens ad habitandum in Hierichò, ibiq; ad preces habitatorum loci sanauit aquas pessimas illius loci misso in eis uase nouo fictili cũ sale in eo, Colochintidas emendauit, Naamã mundauit à lepra, ac exercitũ Syriæ cæcauit.

Esaias.

Item Esaiam prophetam Ezechiæ languenti legimus aliquid medicinale mandasse. Nonne Raphaelem Archangelum Hebræi uolunt huius artis opus exercuisse? Hanc igitur artem utpote nobilissimã, Reges ac sanctissimi patres meditari & exercere quondam nequaquam dedignabantur. Omitto nunc alios huius artis medicæ uiros, non quia in contemnendis rebus minus constantes fuerint, sed quia ante Christianismum humiles inopesq; extitisse apparet, stulta tunc & infima Deo eligente, ut sapientia fortiaq; confunderet.

MEDICVM CHRISTIANVM

Auaritiam fugere debere docetur per exempla Sanctorum Patrum.

DOCTRINA V.

AT VERO *quia pleriq; in medicina ſtudent & habitum medicorum induunt, non ut Chriſtum, ſed ut pecuniam lucrentur, quibus dicitur. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Eorum Auariciæ ſanctorum continentiam opponamus, ut qui piè ex arte medica in domino uiuere uolent, omni cupiditate depoſita iam hinc diſcant, Quod gratis acceperint, gratis dare.* Eraſiſtratus *Chryſippi fuit diſcipulus ex Ariſtotelis filia genitus, eximius medicus, qui cum Anthiocum regem ex grauiſſimo morbo ſanaſſet à Ptolemæo rege eius filio centum talentis donatus eſt, teſte Plinio naturalis hiſtoriæ* XXVIII. *Non ſic Heliſeus propheta fecit, qui cum Naaman Syrum à lepra curaſſet, nullis precibus moueri potuit ut dona acciperet. At Giezi miniſter eius cupiditatis ſtimulo percitus cucurrit poſt Naaman, quaſi à magiſtro miſſus, mẽdacijq; procacitate impudenter uſus, Argentum & ueſtes ab eo excepit, propterea & lepra qua Naaman fuerat liberatus adhæſit illi & ſemini eius uſq; in ſempiternum, ut ſaltem ſic primitus diſcat, charitatem erga proximum gratuitam eſſe debere, non mercenariam.*

Eraſiſtratus medicus.

Heliſei hiſtoria.

Critias etiam fuit medicus Maſſylienſis, qui (ut Plinius

Critias medicus.

Plinius. Plinius scribit) ad motus syderum ex ephemeride mathematica cibos perhibens, horas obseruans, authoritate Thessalium. præcesßit, hic (eodẽ Plinio testante) innumeras post se reliquit diuitias. Nõ talia fecit Leonardus sancti Remigij discipulus, quoniã Gallorum Regis coniugem difficili partu laborantem, medicis iam desperantibus, ipse diuina uirtute à periculo liberarat, Regi amplißima dona offerenti haud quaquã defuturũ asserens, quicquid habere necessarium fuerit, qui omnium opifici libenter seruierit. cum ipsa ueritas dicat, Quærite primum regnũ dei & hæc omnia apponẽtur uobis. Ex nostris neotericis medicis Thadeus Florentinus, qui medicinam Bononiæ certis annis publico salario conductus docuit, & thesaurum penè incredibilẽ congregans, magnam experientiæ suæ famam acquisiuit. Et cum à principibus Italiæ uocabatur quinquaginta Aureos in mercedem diurnam pascisci cõsuerat. Ab Honorio summo pontifice semel uocatus nõ prius adire uoluit, quàm centum aureos sibi in diem statutos intellexit. Vnde liberatus Pontifex decẽ milia aureorũ illi condonauit. Non talia egerũt Cosmas & Damianus Germani fratres, medendi arte clari. Sed pietatis officio clariores, gratuito curationem exercebant, & cum Damianus Palladia matrona morbo liberata munusculi aliquid ab ea precibus pulsatus, ac penè coactus accepisset, adeò id ægre Cosmas tulit, ut mandasse dicatur, ne eodem tumulo cum fratre componeretur, quandocũq; ipsis uita defungi cõtigisset, nihil tam iniquum existimãs quàm pro labore, qui propter deũ susceptus fuerat, ab homine mercedẽ quærere.

Leonardꝰ sancti Remigij discipulus.

Thadeus Florentinꝰ medicꝰ doctißimus.

Honorius pontifex.

Cosmę & Damiani exemplum.

Iacobus

Iacobus Cauterius Ludouici undecimi Gallorũ regis Archiatros cum regẽ ſuũ ex leui morbo ſanaſſet, decem millia aureorum Rex illi donauit: is innumeras poſt ſe reliquit diuitias. Cauterius medicus.

Hilarion abbas huic Iacobo multũ diſſimilis fuit. Nam cum in Sicilia quidã de primoribus uiris morbo aquæ intercutis ea ipſa die, qua ad eũ uenerat curatus, cũ poſtea eidẽ offerret plurima munera, audiuit dictum ſaluatoris ad diſcipulos. Gratis accepiſtis, gratis date. Idem cãdidato cuidã Cõſtantini Imperatoris, quem itidẽ nequitiæ ſpiritu uexatũ ſanũ fecerat, decẽ auri libras dono offerenti, hordeaceũ porrexit panem, dicens quòd qui tali cibo aluntur, non pluris aurum æſtimant q̃ lutũ. Hilarion abbas. Notatu digna hiſtoria.

Simon de Papia Lugdunẽſis medicus, ac Borbonij ducis Archiatròs theſaurũ penè incredibilem apud Lugdunũ cõgregans, magnam experientiæ ſuæ famam apud Gallos acquiſiuit, & cũ à ſuo principe ſemel uocatus fuiſſet, & eum à morbo liberaſſet: Dux decem millia francorũ illi donauit. Simon de Papia. Is medic⁹ eccleſiam cordigerorũ ſumptib⁹ cõſtruxit ſuis.

Nõ pari animi cupiditate præditus Cyriacus martyr, cuius glorioſus exitus 6. idus Auguſti nobis celebris habetur. A Roma ad Perſas uſq; ab Sapore eorũ rege euocatus, cum filiã illius Iobiam à Dæmoniaca uexatione uindicaſſet, dona quibus uel longi itineris labor cõpẽſari potuiſſet, oblata repudiauit. Neq; enim pro terreno præmio peregrinationẽ illam ſuſcepe rat, ſed pro cœleſti. Itaq; qui mortalis regis Gazam contempſit, ab immortali domino martyrio coronatus, æternam adeptus eſt beatitudinem. Cyriacus martyr.

Fuere & apud Gallos corporum medici, qui pecunias innumeras poſt ſe reliquerunt, uti fuerunt Gabriel Miro, Gallorum reginæ Diuites medici in Gallia.

Annæ archiatros. Albertus de Podio Claudiæ Reginæ primarius medicus. Apud Parisios, plurimi ut Martialis Ageuiliaco, Acolonia, Abralione. Sunt & adhuc apud christianissimũ Regẽ Franciscũ medici ditissimi, sicut sunt Ludouicus Burgẽsis Gallorũ Regis archiatros, Copus Basilienſis, Regiæ maiestatis medicus, Ioannes Goeurolus, qui arces plurimas, domos, castra, ac pecunias plurimas possident. Sunt & apud Montispedenses medici ditissimi Gilbertus Gryphius, ac Ioannes Falconius. Et apud Auinionem Ioannes Guilielmus. Apud Lugdunũ Nicolaus Alanda, Dionysius Turinus, ac alij plures in Gallia sunt ditissimi medici, nescio an omnes doctissimi, iuniores innumeros, ne tibi sim oneroſus, silentio prætereo. Hæc autem memorare suasit humanæ curiositatis admiratio, quòd eis præmia honoresq; decernat, qui corporibus opitulari sciant, eis uerò qui animas & corpora sanant (ut de Cosma & Panthaleone dicimus) ne minimam quidem mercedem instituat Deus gloriosus. ut igitur omnium supradictorum concludatur affinitas, corpori corporea debetur medicina, corporalis medicus, & medico præmium corporale: animæ uero quia spiritus, spiritualis medicus, & medico præmiũ spirituale proponitur. Si autem fuerit medicus corporaliis atq; spiritualis, uti fuere Lucas euangeliſta, Panthaleon, Cosmas & Damianus, ac Vrsicinus, primo spirituale præmium proponitur, secundo quodammodo ut uiuant temporale, quia scriptum est: Qui altari seruit, ex illo uiuere debet. Ac Paulus apostolus Scenophactoriæ artis erat, unde uiuebat. Sic oportet nos persuasos esse, quoniam

Parisienses medici.

G. Gryphius.
Io. Falconius.
Io. Guilielmꝰ.
Medici Lugdunenses.
Ni. Alanda.
Dio. Turinus.

Spirituales medici.

Diuꝰ Paulus.
Cuius artis erat Paulus.

quoniam id & rationi, & doctrinæ apostolicæ consentaneum est, & quòd iacto hoc fundamento facilius patientiæ structura consurgit, huic etiam sicut mortem corpori, sic immortalitatem animæ natura denunciat, cum scilicet eam, ut naturalis opis minime egentem reliquit incustoditam. At deus curam eius assumit, non ut mortem effugiat: cui suapte natura nunquàm addita est, sed ut miseriam sempiternam, cui peccando se subijcit, euadat. Non sic ut isti Hilarion abbas, ut in cæteris omnibus fecit, ita hac quoque in parte circumspectius Orioni, à quo legionem dæmonum Christi uirtute propulerat, dona immodica secum ablata porrigenti, nonne legisti ait, quid Giezi, quid Simon magus passi sint? quorum alter accepit precium, alter obtulit, ut ille uenderet gratiam spiritus sancti, hic mercaretur. Cumq; Orion flens diceret: Accipe & da pauperibus, respondit. Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetam? multis nomen pauperum occasio auariciæ est, misericordia uerò artem non habet: nemo melius erogat, quàm qui sibi nihil reseruat. tristi autem & in terra iacenti, noli inquit contristari fili, quod facio pro me, pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego offendam deum, & ad te legio reuertetur. Auaricia nanq; (si apostolo credimus) simulachrorũ seruitus est, radixq; malorum omnium cupiditas. propterea quidem dominus in Exodo præcepit dicẽs. Nõ accipies munera, quæ excæcant prudentes, & subuertunt uerba iustorũ.

Hilarion abbas.

Orionis cura.

Col. 3. 2.

Exodi. 23.

idem in euangelio. Videte inquit, & cauete ab omni auaricia, quia nõ in abũdantia cuiusq; uita eius est, ex ijs quæ
Ecclesiastic⁹. possidet. In ecclesiastico quoq; legimus. Qui aurum diligit, non iustificabitur, lignũ offensionis est aurũ. Væ illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. Deperijt nempe in illo Achab cum Iezabele, Nabaoth Iezrahelitæ interfector, & uineæ eius cruentus occupator. Deperijt etiam in illo Achan.

DE QVIBVSDAM conditionibus quæ requiruntur in eo qui debet inquirere ueritatem in medicina.

DOCTRINA VI.

Aristot. libro de sensu & sensato. VBI naturales finiunt, ordiũtur medici, & ex his quæ de natura sunt, sua sumit principia medicina. Hanc ob causam Philosophi sanitatis & ægritudinis est principia inuenire. Nam sanitas & ægritudo passiones sunt animæ & corpori cõmunes, animæ quidẽ, ut efficienti, corpori uerò ut subiecto, & solis animalibus conueniunt. Sanitatẽ enim, & ægritudinem, uita carentibus & etiam sensu cõuenire impossibile est, hinc quoq; fit ut medici cõplures naturalis philosophiæ admodũ studiosi sint. Nam ubi determinationẽ suam expleuerit philosophus, suã incipit medicus. Ex his quæ in philosophia naQuas partes philosophię scire debet medicus. turali determinata sunt, præsertim de animaliũ passionibus corporis & animæ, ut in libris Aristotelis de generatione, in secundo de anima & paruis naturalibus, medicus suam determinationem sumit. Quare hanc philosophiæ naturalis partem cognoscere necessariũ est his qui ad medicinæ cognitionem aspirant. Oportet etiam eum, qui

qui medicus est, perfectum esse & probum, omnes scientem artes & sententias uerborũ intelligentẽ, qui & logicæ libros legerit, & disciplinas quatuor quæ sunt Geometria, Arithmetica, Musica, & Astronomia, Logica enim uerborum est libera, & omni utilis arti. Geometriã scire debet, ut per eam uulnerũ cognoscat figuras. Rotunda etenim uulnera difficile sanãtur. At uero triãgula, quadrãgula & similia facile curãtur. Astronomia quoq; eget, quò medicaminibus electis utatur temporibus quibus est luna beatis & felicibus contemperata planetis. Eget etiã musicorũ scientia, ut suam exerceat in cordarum sensu diligentiã et tonorum, quò facilis pulsuũ fiat illi doctrina & sensus uenarum. Postremo & philosophiam, ut iam dictum est, notam habebit. Nam ut inquit Aristoteles, ubi naturales finiũt ordiuntur medici. Et ex his, quæ de natura sunt, sua sumit principia medicina. Expedit ei, qui sapiens & cõsummatus futurus est medicus, ut natura particeps sit earũ rerũ de quibus Hippocrates ait libro de lege, ingenio ualeat, doctrina, bonis moribus. ingenio in primis opus est medico, quo repugnante uana sunt cætera, probet seipsum antequàm medicinæ fores ingrediatur, ne reluctante eius ingenio & natura in uanum laboret. Naturale enim ingeniũ adiuuat artem & naturã regentẽ. Et ut inquit Galenus octauo Methodi, exercitatum & natura prudentem oportet esse medicum. Et Damascenus nulli studioso credendũ est medico, nisi ætate approbato. Medicus christianus ambitiosus esse nõ debet, nec immoderatè honores nec laudes cupiat. non auarus nec auri cupidus, non blasphemus, nõ detractor,

Verba Damasceni.

Artes quadriuiales quatuor

Astronomia eget medicus.

Musica necessaria.

Galenus.

Damascenus.

Conditiones medici christiani.

detractor,non bilinguis,non fallax, non iracundus, non crapulosus siue gulosus,nõ cõtumeliosus,nõ cõtumax,nõ diſsidiosus nec diſcordans,nõ elatus, non loquax aut uerbosus,nõ litigiosus,non mendax,nõ inuidus, nõ uindex, non cupidus,non supra mensurã bibens.Oportet medicũ esse expeditũ lingua, astutũ,sagacem,prouidũ,acutum, castum,grauẽ,humilem,honestũ,mãsuetũ,pudicũ, uigilem, abstinentẽ,illatarum sibi passionum occultatorem, iustum,ad loquendũ tardum,affabilem.Non reuelet medicus patientis secretũ.Erit,inquit consiliator, Medicus neq; die,neq; nocte studio deficiens,sed lector assiduus & meditator indesinens. Nam meditatio clauis existit sapientiæ. Abundanter enim (inquit Damascenus) libros peritorũ uirorum legat,& eorũ secreta discutere iuuat omnem sapientẽ. Libros Græcorũ ac Latinorũ illustriũ legat,Arabes percurrat, nõ tamen in cunctis Arabibus credat.medicus sit corpore mundus,honestus, nitidus ac uestimentis ornatus.

Mores boni medici christiani.

Damascenus.

DE VERA lege ac iureiurando & modo se habendi erga patientes ex Hippocrate ac Galeno.

DOCTRINA VII.

QVI SAPIENS omnino & cõsummatus futurus sit medicus(inquit Hippocrates)huic opus est natura,ingenio,doctrina,bonis moribus,puerili institutione,laborandi studio & tempore, imprimisq; ingenio opus est, quod si repugnat, cætera omnia uana sunt, sin ad optimã uiam procedit, institutis ars & documentis percipitur, quæ tamen diligenter illi etiam uendicanda

ac

ac perdiscenda est, qui à puero eruditus sit eo modo, quo ingenioſos educari inſtituiq; oportet. præterea multo tẽpori multũ ſtudij & laboris adijciendum eſt, ut iam confirmata corroborataq; artis perceptio iucundos fructus ſine difficultate parere poſſit. Quemadmodũ enim ea naſci procreariq; uidentur, quæ terræ mandantur, ſimili modo medendi facultatis cognitio prouenire cernitur. Ingenium (inquit Cous Hippocrates) ueluti ager, doctorũ placita ſunt, ſicuti ſemina, puerilis educatio, ut tẽpeſtiua ſementis, locus in quo percipitur, quemadmodum circũſiſtens aër ſatis nutrimento eſſe ſolet, laborandi ſtudium eſt ipſa cultura. Sed tẽpus omnia hæc corroborabit, efficietq; ut perfectè nutriantur atq; maturentur. Hæc quidem (inquit) ſunt quæ ad medicinam referri oportet, quã qui rectè hoc modo perceperint, urbes frequẽtando non uerbis ſolũ, uerumetiã re medici cẽſentur. Nempe imperitia malus eſt theſaurus, malumq; ærariũ poſſidẽtibus, ſomniũ & uiſuũ fiduciæ ac gaudij expers, timiditatis autem & audaciæ nutrit. Timiditas enim facultatis inſcitiam arguit, Audacia autem artis ignorantiam. Duæ enim ſunt, ſcientia & opinio, quarum altera efficit doctum hominem, altera ignarum: ſcilicet ſcientia cauſa eſt ſciendi, opinio autem ignorandi. ſed initiatis phas eſt ſacra oſtendi, prophanis autem nephas antequàm ſacris ſcientiæ orgijs perfecti inſtitutiq; fuerint. Hæc ille. Vt igitur Hippocrates malos prohiberet, bonos autem confirmaret (ſic legis officium eſt) hanc legem ſcripſit. Quæ ut ſeruaretur, eius ſicut noſtrorum iuriſconſultorum legum traſgreſſoribus pœna

Quid ſcientia.
Quid opinio.

adijcienda esset, ne temerati & illorum impunitati nostra pœnas lueret innocentia. Mihi tamen unum hoc te affari liceat, medicos si hãc Hippocratis legem iusiurandũq; eius quẽadmodum cætera Hippocratis artis præcepta seruarent, sine dubio eã quæ ab Homero tribuitur, laudem consecuturos esse, futuros enim inter alios homines tanquam principes & dominos, ita ut nũquam à Romanis urbe expulsi fuissent, aut in illorũ ludibriũ sepulchris inscriptum esset: Hic turba medicorũ perijt. In iureiurando suo Hippocrates per Apollinẽ iurauit promisitq; doctorem, qui hanc artem docuerit, loco patris habiturum: uictum, fortunas, cæteraq; quæ illi opus fuerint, cũ eo cõmunicaturum, eiusq; proli æquè tributurũ ac fratribus, quibus natura cõiuncti sumus: hãc artem, si illis usus fuerit discere, sine mercede aut pacto doctorũ, nihil per iniuriã facturũ, nemini rogatũ mortiferam potionẽ daturum, neq; id cuiquã consulturũ, cũ integritate & pietate uitã artemq; seruaturũ, laborãtes calculo nequaquam inciſurũ, sed eius rei peritis id concessurum, quascũq; domos intraret, solũmodo sanãdis ægrotis operam daturũ, omni uoluntaria & exitiali iniuria, omni libidine, omni deniq; rei Venereæ cupiditate remota: quæ in corporibus siue mulierum siue uirorum, siue liberorum siue seruorum curandis, quæq; citra curationem in hominum uita ac consuetudine uel uiderit uel audierit uel quoquomodo cognouerit, quæ in uulgus aliquando efferri non oportet, tanquam arcana & mystica sacra semper taciturum. Hæc ille. Ex eius dictis sapienter sentiendo rectèq; iudicando Hippocratem omni

Iusiurandum Hippocratis.

Quę iurauerit Hippocrates.

doctrina

doctrina omniq; disciplina insignem fuisse: à quo etiã & Plato & Aristoteles multa didicerũt: cum alter in Cratilo, alter in libro de interpretatione sentire uidentur nomina rebus posita esse instituto non natura, quæ sententia puto non aliunde sumpta est, quàm ab Hippocrate in libro, qui demonstratio Hippocratis inscribitur, quem legens iudicare, & ut aiunt oculis cernere & manibus tangere poteris, si per ocium licet. Non erit igitur medicus iuxta doctrinam Hippocratis, ac etiam iuxta diuisionem Galeni duodecimo Methodi malus & siniſter, non intendens sanitatem, sed ægritudinem, aut ægrotantis mortem: talis omnino fugiendus est, & ab orbe & consortio hominum delendus. Hic est de illorum numero, quos princeps Arabum medicorum Auicenna maledixit dicens. Descendat de cœlo ignis, & spiritus procellarũ, qui faciat eos esse de suburbanis Sodomæ & Gomorræ. Sunt enim inquit Cordubenſis Auerrhous peiores spoliatoribus mortuorum: qui solum uestimenta deportãt. In quos & Damascenus proclamat, cũ inquit eos esse, qui animam suam dantes secularibus diuitijs, fundamẽta ipsius medicinæ & artium doctrinã penitus neglexerunt. Galenus in Libro de elementis autoritate Hippocratis inquit, Medici quidem nomine sunt multi: opere uero pauci. Mesues iuniorum medicorum Euangelista inquit, Tu qui corporum curã geris, auxiliari ne differas, nam semel pereũti nulla sunt deinde suffragia: non igitur differas, quod nunc facere potes. Omnia tamẽ fiant cũ præmeditatione. Nã ut Galenus in primo separatorũ Hippocratis sermonũ inquit, Nobilitas subiecti

Auicennæ maledictio.

facit nos in experimẽtis multum esse timidos. Debet esse medicus pius ac misericors, ut potius pietate uisitet, quàm præmij gratia. Quapropter inquit Mesues, Ratio clamat ad iudiciũ, si pietatẽ & misericordiã deseris. Oportet igitur medicũ cũ ægroto lãgueſcere, ac sanitatẽ affectare. Qui enim respicit super egenũ ac infirmũ, in die mala liberabit eũ dominus deus noster. Caueas tu medice, ne amor aut preciũ, aut spes, aut timor, aut minæ, uel alia humanæ fragilitatis accidentia te circũueniãt, ut decliuis sis à recto. Sunt enim cœli, qui arguunt, elementa quæ seruiunt, & si nihil in hoc sæculo, erit in posterum cruciatus gehennæ. Si arsiua & acuta fuerit ægritudo assistat medicus semper infirmo. Nam ut Razes decimo inquit ad Almansorẽ in ægritudinibus arsiuis necesse est, ut medicus semper assistat. In alijs ægritudinibus bis in die manè & uesperi patientem uideat. Nullum patientem non requisitũ uisitet, nisi fuerit pauper uel affinis aut domesticus & amicus. Oportet infirmis semper salutem promittere, nunquam illos à spe deponere, & si ipse desperes. Quapropter Cassiodorus inquit. Naturalis cura est ægris lætitiam dare, nam fac inualidum gaudere, & sanatus erit. Non suscipiet medicus onus malarum ægritudinum sub spe lucri, dicente Mesue, Nolite ô medici malarum ægritudinum curæ onus suscipere, nec nomẽ subire medici mali. Quare Razes x v. continentis inquit, Curandi sunt à te ô medice morbi faciles, & fugiendi, qui fallaces sunt. Prudentis enim medici est insanabiles, ac desperatos morbos non curare, ne hominem occidisse, qui sorte sua interiturus erat,

erat, existimetur. Debet & medicus à pharmacopola uel ab amicis, qui patientem uisitarunt, inquirere de patientis ægritudine ac de illius accidentibus, de appetitu, de somno, ac uentris lenitate & similibus, & si febrem patiatur, qua hora inuadat febris, & si cum rigore, & si in parte aliqua doleat. Cū medicus ad ægrū uenerit, salutet illum dicendo, Liberet te deus, uel, Salue frater, nec arteriam protinus tangat. Periti enim medici manum non protinus, ut ueniunt, apprehendunt. Sed primum hilari uultu resident, sermone leni sollicitudinē submouent, nam & medici conspectus, ac alia multa de facili uenarum rationem turbant. Medicus antequam aliquid ordinet, à parentibus ac amicis quærat si confessionis sacramentum habuerit. Sunt enim medicis duo præcepta. Primum ut priusquam ad infirmorum curam deueniant, eos admoneant, ut medicos aduocent animarum. Alterum ne infirmis quicquā suadeant quod in perniciem uergat animarum. Vnde inquit Azaronus ægritudines nonnunquam inuadunt homines ex malitia regiminis cibi, & potus, & ex peccatis, & præuaricationibus, & ultima causſa ex maledictis dæmonibus, qui dicūtur Alabin. Medicus in omnibus sit prudēs, & cū ingreditur ad patiētem circūspiciat si forte uiderit fructus, herbas aut fomenta, per quæ ex coniectura possit cognoscere ægritudinē patiētis: qua coniectura usus est Galenus, dum à Glaucone duceretur ad uidendum medicum credentē se pati pleuretidem, cum tamen pateretur apostema iecoris. Vide librum de locis passis capite VII. libri V. Notare debet medicus

Hilaris medicus esse debet.

Duo medicorū præcepta.

locum

locum domus & aërem illius, laudare debet si decens fuerit aër: aut reprobare, si fuerit malus. Postea hilari uultu & facie serena faciem prænotet: nam ut inquit poëta. Heu quã difficile est crimen non prodere uultu. Nam in facie magna est uirtus. Ex dispositione enim faciei cognoscere potest uigorẽ, mortificationẽ cãdoris naturalis manantis ex corde. Debet & medicus Arteriẽ pulsatilẽ tangere, & quatuor digitis manus dextræ cum silentio pulsum inquirere etiã utriusq; brachij: & omnes differẽtias notare usq; ad cẽtesimã si necesse fuerit uel ad xx. ut alij, ut discernere possit medicus an pulsus sit æqualis, an inæqualis, ordinatus an inordinatus, an interfectus in medio cadens, quas differentias non poterit quandoq; cognoscere, nisi post multas percussiones. Post cognitionem pulsus tangat pectus, hypocundria, regionem iecoris. Videbit linguam, dentes ac oris particulas omnes. Postea lotium ac urinam perpendat, & consideret, quæ consideranda sunt. Caueat tamen ne in præsentia patientis iudicium ferat de pulsu uel lotio. Est enim æger semper attentus, ut audiat, quæ medicus de eo dicit. Medicus ad ægrum reuersus salutem certã promittat, nec eo casu uereatur mẽdacijs uti, & si aliqui de mẽdacio Abrahaã notẽt apud Pharaonẽ Aegyptiorũ regẽ de uxore, quòd soror erat, dicẽdo: Sunt enim medicorũ mẽdacia officiosa nõ pernicioſa, iuxta illud: Promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Ordinabit medicus, quæ ordinanda sunt, hortãdo patiẽtẽ ut præbeat seipsum: quæ oportet, facientem, suscipiendo quæ parabuntur ab amicis & famulis. Sit igitur in cunctis medicus prudẽs, in omnibus uideat.

Quomodo tãgere debeat venã medicus.

Mendaciũ officiosum in medico.

lotium,

lotium,egestionẽ,sudorẽ,uomitum,sputum,ut cũcta bene perpendat. Audiat ab ægro, & ab astantibus omnia, quæ poterit audire de ægri accidẽtibus. Et ut inquit Damascenus oportet de omnibus ægrum, unde ægritudo nasci solet inquiri tam in exterioribus, quàm interioribus,neq; te ægrum per omnia interrogare pudeat.

DE PRVDENTIA MEDICI IN interrogando & pronosticando.

DOCTRINA VIII.

SI DE NOVO medicus ad curã alicuius ægroti uocatur,quærat an aliquid illi factũ fuerit, & quæ remedia,& si nocuerint,nõ laudet, si uero iuuerint non laudet. Nam ut est in Adagio Vulgus nugis pascitur. Tria medicus sapiẽs petet autore Galeno lib. 11. de membris dolẽtibus. Primo mẽbrum in quo est ægritudo. Secũdo passionẽ. Tertio symptomata,& horũ caussa in noticiã illorum ueniẽs. Cõsiderans imprimis præterita ipsa dearticulatè perquirat,interrogãs quo tempore,qua die ac hora patiẽs ægrotauerit, & si aliàs passus fuerit talẽ ægritudinem,quo regimine usus fuerit. Quo ad symptomata perquirat de accidẽtibus animatorũ mẽbrorũ an patiatur dolorẽ capitis,aut uigilias superfluas,uel insomnẽitates,& de accidẽtibus spiritualiũ membrorũ, & an bene spiret,& si habeat circa pectus incendiũ. An patiatur tremorẽ cordis suspiria,quantũ ad nutritiua mẽbra, an appetitus sit prostratus,sitiat uel fãmescat. Si cibũ & potum retineat,uel uomat,si assumpto cibo grauetur, si fluxũ uẽtris aut urinæ,sudoris,mẽstruorũ uel emorrhoydũ habuerit. Ex his enim præteritis, & præsentibus uidelicet

Tria petere debet medicus.

delicet urina,egestione,sudore, & alijs existẽtibus mutatis & qualitate mutata,medicus in operatione sua fortunabitur.De prænotione dixit Gale.in lib.prænotionũ. Nõ circũambulo prædicãs meas prænotiones,& curas, ne medici odiãt me & dicãt diuinatorẽ & magũ. Quapropter cõuenit medicũ esse sagacẽ,astutũ,non præcipitem,nec festinũ in futurorũ pronũciatione.Nihil igitur medicus in prima uisitatione iudicabit de futuris, expectabit futura signa subsequẽtia in patiẽte. Si sunt signa bona & præualuerint,pronũciet de salute,si uero econtra de perditione. Sit tamen in sermone semper dubius, quia dicit Gale.VI.separatorũ sermonũ. Oportet medicum studiosum esse,ut nõ aliquid absolutè prædicet. Nã morborũ & præcipuè acutorũ nõ oĩno certè sunt pronunciationes salutis,aut mortis, licet neq; Cronicarum, saltẽ quo ad eorũ initia,quod propter naturæ diuersitates euenit & inordinationẽ.Cũ enim ostẽta,pdigia, mõstruositates interdũ occurrãt in ægritudinibus,ueluti in naturis,ut habet Auerrhous VII.Colliget. Quare secũdo de membris passis Gale.inquit,Semper secũdum totã uitam meam meipsum ab audaci confessione & iudicio abstinui,& medicans usq; ad senectutem, nunquam usq; hodie erubui secundũ curã uel prænunciationem ut alij glorioſissimi medicorũ,nõ enim debet medicus ad interrogata subito respõdere: sed prius super ea cogitet. Ait enim Damascenus,Si interrogatus semper uelociter respondet,dubitandũ est.Et ut quidã medicorũ dicit. Medici est suspectas ægritudines aggrauare.Debiles uerò earum in dubio ponere,in hoc tamen semper modus adsit.

Sic

Sic se habens medicus, neq; erubescet, neq; dictorũ suorũ cum penitebit. De salute autẽ iudiciũ depositurus medicus sermonẽ amplificet, & lætũ se ostẽdat, nunquã uerò sic de morte. Non præsumat medicus alicui patienti infra limitatum tempus salutem promittere, sed fideliter se operaturum iuxta sapientum doctrinam.

DE MEDICINIS PVRGANTIBVS, ET quomodo curari debeãt per eas ægrotãtes.

DOCTRINA IX.

DE MOTIONE *corporis, quæ fit per pharmacias ita scribit* Plato *in libro uniuersi.* Tertia cõmotionis *species tũc demũ, cũ summa cogit necessitas utilis, aliter uero nullo mõ sanæ mẽtis homini suscipiẽda medicorũ illa purgatio est, quæ pharmacis, id est solutiuis medelis fieri solet, morbi enim nisi periculosissimi sint pharmacis irritandi non sunt.* Hæc Plato. Cornelius Celsus *lib.* II. *cap.* XI. *ita scribit.* Nunquam *in aduersa ualetudine medicamentũ eius rei caussa rectè datur, nisi ubi hic morbus sine febre est. At ubi febres sunt, satius est eius rei caussa cibos, potionesq; adsumere qui simul & alãt, & uentrẽ molliãt.* Hæc ille. Erit *igitur in usu medicina potius cibalis quàm pura.* Vnde Damasce. *in lib. separatorũ sermonũ ait,* Medicina, *quæ tẽperamẽto uicina est, salubris est & odorifera. Si secũdũ eã cibus fieri possit optimũ esset medicamẽtũ.* Quare *aliquãdo cũ decoctione carniũ mãna exhibetur, & aliquãdo cassia fistula, & mercurialis & borrago. In curis passionũ quæ secundũ discrasiã fiũt, optimè operãtur illa, quæ sanãt discrasiã, & cum hoc possunt nutrire. Solutiuas medicinas, quoad fieri potest, deuitet medicus christianus, & illarũ usum*

Notatu dignum.

differat, quãtũ poterit. & si eis uti oportuerit, expedit, ut eas cognoscat, ut ne ordinet pro salutari letiferam. si scamoniũ ordinauerit, cognoscere scamoniũ debet scientia certa, & nõ cõiecturali, quod fieri nõ potest ĩ Gallia, cũ Galli herbam ex qua fit scamoniũ nunq̃ uiderint. De Turbith, qui multos cõturbat, nullam noticiã Galli nec Itali habent, nec certã nec coniecturalẽ. Est enim ignota radix cum sua herba. Cauere quoq; debet medicus ne in substantia medicinarũ sint adulteratæ ac falsificatæ & corruptæ, aut nimia uetustate cõsumptæ spiritũ ac uirtutẽ nõ habentes. In cura ægritudinis nõ dantis inducias, ut in colica uel angina, expedit medicũ promptũ, solertem, ac copiosum esse in exhibendis remedijs, gradatim tamen unũ post aliud. Plurimũ laudandus est medicus copiosus, si tamẽ oĩa cũ ratiõe faciat. Caueat medicus ne fõmẽtatiões infrigidãtes uel embrocas circa aliquod mẽbrũ applicet tẽpore crisis, uel sudoris. nõ debet medicus leui dolori in febribus medelã exhibere nisi excesserit dolor.

Turbith multos turbat.

PERORATIO.

NOs certe fili chariſsime speculo Christiani ac fidelis medici finẽ adiuuante deo imposuimus. Sic deũ omnipotentẽ suppliciter adorantes. Gratias agimus summe deus, illuminator mentiũ authorq̃; bonorũ, q, nobis præter meritum ad absoluendũ opus tantũ tua gratia uires suppeditasti. Da precor clementiſsime Deus ueram lectori pio prosperitatẽ, infunde præterea lumen, quo uera paſsim discernat à falsis, ne uspiam, uel meditando, uel agendo, à tua uoluntate dissentiat.

AMEN.

IN LIBELLVM

DE GALLICA THERIACA

AD DOMINVM BARTHOLOMEVM Argenterium, D. Hieronymum Montuum, atq; D. Baptistam à Ferrarijs, Astensium medicorũ primarios dignissimos, Symphoriani Campegij Equitis aurati Epistola.



EA EST hominum cæcitas ac dementia Hieronyme atq; Bartholomee amicissimi, ut id se scire cognoscereq; autumẽt, arbitrẽturq;, credant, quod nec intelligẽtia capere possunt, uec ullo pacto assequi, ut pote solis Græcis proprium, aut solis latinis à iuuentute literis Græcis afflatis hominibus: quales fuisse Hermolaus Barbarus, Leonardus Aretinus, Laurentius Vallensis, ac Georgius à Valla. Et ex recẽtioribus Leonicenus, Linacrus, Capus, Marcellus Florentinus, Ruellius Gallus. Compertum est Arabes Theriacarum fabrifactores, qui post nocturnum (ut arbitror) sommũ aut largissimam compotationem fòro assistentes, Mitridatum, Theriacam, ac Triferam persicam scribunt. Hi peculiarem Theriacam non Græcorum sed Barbarorum, Arabum, Persarum, ac Pœnorum asserunt necessariam esse, atq; tutantur, quam tamen adulteratam esse certe scimus & cognoscimus, uel ex hoc mihi persuadeo, quòd nec Andromachus, nec Galenus, nec Paulus, nec Oribasius

cæteriq; Græci scriptores omnes eximia præfulgentes doctrina, non talem Theriacam quam Auicenna, Razes tradiderunt, sed aliam cõposuerunt. faceſſant igitur mẽdaciſsimi iſti ac helleboroſi ſomniculatores Antycirasq; nauigẽt. Quis enim niſi myops prorſus ſit, aut talpinis homo oculis patentiſsima ipſorum non cognoſcat mendacia? quis diſcordantes nugas non intelligat? quũ inter ſe Horologia cõueniant melius quàm ipſi inuicem. poſſunt quidẽ (nõ nego) Arabes Arabibus, Aegyptij, Aegyptijs Theriacam aduerſus illorum uenena componere. poſſunt quidem & Galli Theriacam ac Mithridatũ ex rebus Gallicis cõficere. ſed à quibus, ſed quo modo poſſint, in hac noſtra gallica Theriaca ſufficienter oſtẽdemus. Quà uobis Bartholomee Hieronyme atq; Baptiſta ſuauiſsimi nominatim dedico: tum quòd doctiſsimi, tũ quòd bonarum omnium literarum ſtudioſi eſtis. hac tamen lege uobis dedico, ut eos à uirulentis obloquentium morſibus tutemini, ſi placebunt, ſi uero diſplicebũt, quòd uitio aliquo aberrent, ut emendetis & ita utraq; ex parte tuti & ſecuri in uulgus procurrant, beneficium in ſe ueſtrum recognoſcentes. Valete & Symphorianũ Symphoniace amate.

DE THE

DE THERIACA

GALLICA LIBELLVS A DOmino Symphoriano Campegio Lotharingiæ Archiatrò ac Fanergiæ domino compositus.

QVONIAM uerò medicorũ pomeria aliquo modo ſumus ingreſſi pergamus porrò in haſce cõmẽtatiões cõgerere, quæ uellicatim hinc inde præcerpſimus, ut uarietas ipſa iucundiorem præſtet, ac illicẽ magis, ſi Plautine loqui non dedecet, noſtram racemationem. Igitur in eorundẽ uiretis amœnitatibus Theriacã obſeruauimus bifariam intelligi. Nam uno modo ac proprie dici Theriacam audies, quæ ex Therio id eſt uipera aſſueuit. Alterã uerò ſine permixtiõe id genus. Quãdo ſimplicia itẽ Theriaces noĩe uocari reperies. Nã Auicẽna ſecũdo Canonis, Capite de ſquilla, Theriaca eſt inquit aduerſũ uenena. Itẽ de Opopanace cum Ariſtologia inquit, pota Theriaca eſt. Sũt qui nõ ideo dici Theriacẽ putent, quia Therion id eſt uipera pmixtiõem ingrediatur. Sed quia aduerſus theria hoc eſt feras ueneno imbutas præſentiſſimum ſit remedium. Plinius libri uigeſimi capite ultimo Theriaces confeßionem deſcribit, qua ſit uſus aduerſus uenenata omnia magnus Antiochus, nulla prorſum mẽtione uiperæ. At libro nono & uiceſimo, fiunt ex uipera inquit paſtilli. Qui theriaci uocantur à Græcis, & mox paulo ſignificandum inquit uidetur è uipera tantũ hoc

Medicorũ pomeria.

In theriaca nõ de neceſſitate ingreditur uipera.

Vnde theriaca dicatur.

Antiochus magnus.

fieri. Alibi in eodē libro Theriace uocatur excogitata compositio luxuriæ. fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura quæ singula sufficerent.

PASTILLI EX VIPERA SIVE THERIACI ex Galeno ac Plinio.

CAPVT II.

Theriacę proprietas.

EST AVTEM Theriace nobile illud ac celebratum medicamentū, ex eo dicta, quòd medetur morsibus uiperarum, auxiliaturq; cōtra uenena bestiarum, uel quòd ex carnibus uiperarum conficitur. Quod & ipse Galenus euidenter ostēdit, docens theriaces compositionem. Siquidem à capite & à cauda uiperæ quaterni digiti amputantur, membrana detrahitur, & una cum adipe intestina quoq; eximuntur, reliquū corpus in aqua dulci cum sale & anetho coquitur, mox pane similaginis purgatissime commixto in umbra seruatur, fiuntq; trocischi medico effectu ad plura malorum genera mirabiles. Estq; hoc pharmacū ut Græci uocitant auxiliorum saluberrimū malorumq; discussiuum. Plinius uerò nec id omisit. Quid enim ab illo amissum est? qui quos Galenus cæteriq; medici trocischos uocāt, ipse pastillos appellat. Cuius uerba ex libro undetrigesimo subijciam, quæ sunt hæc: Fiūt & ex uipera pastilli, qui theriaci uocantur, quaternis digitis utrinq; amputatis, exemptisq; interaneis & liuore spinæ adherēte, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho discocto, spinisq; exēptis, & addita similagine, atq; sic in umbra siccatis pastillis, quibus ad multa medicamenta utūtur. Idē alibi tradit quosdam uiperis uti in cibis, quas quatuor digitorū mensura utrinq;

Plinius.

Galenus.

Pastilli ex uipera.

Vipera aliquā do in cibis datur.

utrinq; præciſa, exẽptisq; interaneis diſcoquũt in aqua aut oleo ſale & anetho. Generoſa igitur illa Antidotus ab Andromacho ſeniore theriace à Iuniore Galeno, non à Galeno medico eius ſibi nomen uſurpare cupiente, ut crẽdere, uiſus eſt Auicenna à tranquilitate uocata eſt, ut ſcribit Galenus, non à Tyro ſerpẽte. Nullus enim eſt ſerpens qui Tyrus appelletur, nec Theriaca à Tyro, ſed Theriaca à feris ſiue belluis apud nõnullos Græcos uocitata eſt, quòd aduerſus omnes belluas uenenatas inſtituta ſit, uel à trãquillitate ſecũdũ alios. oſtendit Manardus inter iuniores medicos maxime laudãdus, feras illas quæ in Antidoto illo ſunt ponendæ, quibus Theriaci paſtilli concinnãtur, non ex Aegypto petẽdas, ſed in media ipſa Italia reperiri. nos autẽ aſſerimus & in Gallia ipſa Narbonenſi reperiri plurimas uiperas, quæ in Theriaca reponi iure poſſunt.

Generoſa antidotus.

Calenus.

Auicenna.

Manardus.

DE HEDICROO MAGMATE, QVOD Alindaracaron Arabes uocant.

CAPVT III.

SIMPLICIA medicamenta, quæ in Hedicroo magmate ingrediuntur dico non afferri ad nos, uel nõ ſine macula, uel in totũ ignorari puto. Ea ſunt Aſpalathon, Calamus aromaticus, xilobalſamõ, Maron. Aſpalathon uero niſi ſandali uocati ſpecies ſit, puto hoc tẽpore penitus ignotam, ſicuti & Calamum Aromatiten. quod enim uulgus eo nomine uocat, radix eſt, nõ calamus, nec ut arbitratur Manardus calami illius radix eſt, ſed uel acorus eſt, ut etiã ſuſpicari Hermolaus quodam loco uiſus eſt, uel alia quædã res nobis ignota. ipſe quoties Aco-

Ea ſimplicia quæ non reperiuntur apud nos.

Hermolaus.

ro opus est, non uulgari illa radice, & iniucundi odoris, sed uocato Aromatico calamo, uti consueuit. Quapropter à uera Theriaca trociſchi quos Alindaracarõ Arabes uocant, Græci uerò Hidocroon reicendi sunt.

DE PASTILLIS DE SCILLA QVOS Arabes de Squilla uocant.

CAPVT IIII.

Pastilli siue trociſchi de scilla.

SCILLAE pastilli uel ut uulgato sermõe loquar Trociſchi apud iuniores Pharmacopolas fiunt ex mediocri Scilla, & assam illam in olla & postea terũt illam & miscent cum farina herbi, id est Orobi quem nostri Getiam uocãt, & secũdũ Andromachum sint duæ partes Orobi, & una Scillæ, & inde formẽtur pastilli. Iuniores medici accipiunt Scillæ partes duas & farinæ Orobi partem unam, inde fiãt trociſchi. Scillæ contra rimas pedũ crudæ partes oleo infernefactæ, aut cũ resina subactæ imponãtur: illiniuntur uiperarũ morsus decocta in aceto Scilla. de ea dicimus ample, in nostra officina capite de aceto squillitico & in lotht squillitico. De Orobo scripsimus libro castigationum. 1. cap. XXII.

Getia est Orobus.

Scillę uires.

SIMPLICIA QVAE MAXIME VALent, contra uenena & quæ in Gallia reperiuntur.

CAPVT V.

Pharmacopolę ab Arabib⁹ decipiuntur.

INTER reliquas errorum causas qui proximis seculis in medicina acciderunt, hanc fuisse non minimã puto, quòd medici Seplasiarij ac pharmacopolæ fere omnes de simplicibus medicamẽtis Indorum, Aegyptiorũ, Arabum, ac Syrorum nihil cognoscẽtes Sarracenorum

Mahu

Mahumetantium, Indorum, Ethiopũ, arbitrio compositiones medicaminum permiserunt. inde factũ est quòd generosa illa Antidotus ab Andromacho seniore uel omnibus uel certe pluribus potestatibus carere inuenta sit, quas ei antiqui medici ascripserint. huic rei occursurus ego inter Gallos homo nouus & uix intra pprios lares (ut dici solet) cognitus, audeo contra eos insurgere qui authoritatẽ sibi multis ãnorũ seculis præscripserũt. huic rei Hermolaus barbarus, Nicolaus leonicenus, Copus basiliẽsis, Ruellius, Marcellus, Manardus, Petrus Barotius, Fuschius, Pandolphus collinutius, uiri inter iuniores scriptores multa prudentia, occursuri, maximum in Theriacæ compositione errorem suis cõmentarijs castigarunt, ostẽdẽtes multa nõ afferri, & in totũ à Pharmacopolis ignorari quæ in ãtidoto descripta sunt. Hæ sũt, Myrrha, Balsamus, Rheon, Amoniũ, Casia, Schoenianthos, Nardus Indica, Malabathrum, Lennia terra, Cardamomũ, Dictamum, Petroselinum Macedonicum, Scordiũ herba, radix pẽtaphylli, Thlaspi, Aspalathon, Calamus odoratus, ac alia quæ in libro nostrarum castigationum ac officina nostra ample docuimus, ad quem lectorem mittimus, si per ocium licet. Cum itaq; hi qui Arabum placita sectãtur & qui nihil nisi quod ab India aut Arabia uenit recipere uolũt, in magna caligine rerũ uersentur, facileq; infinitis errorũ nexibus implicẽtur, cogitent studiosi, ut potius à simplicibus quæ in Gallia, Italia, Hispania, aut Germania, nascuntur & nobis familiaria sunt, quàm ab Arabũ lacunis simplicia medicamẽta hauriãt. Quod aũt obijciũt, nihil nos pferre posse ex nostris, qd'

Andromachi senior.

Hermolaus.
Copus.
Ruellius.
Marcellus.
Manardus.
Barotius.
Fuschius.

Quę non reperiuntur simplícia.

Contra Arabes.

Pro Gallis responsio.

calamo aromatico, agalocho æqualiter confortet, ac calefaciat. id respodemus, nostra culpa fieri, qui hoc ignoramus, uerũ id palatum nostrum nõ fert, quia non titillat, quod non ex Arabia aut India asportatur. Quapropter necessariũ mihi uisum est undiq; ualetudinis auxilia ex simplicibus medicamentis quæ in Gallia nascũtur ad oẽs morbos construere, & uelut breuiarium Theriacã Gallicam colligere: ut sciam si quis mihi lãguor inciderit nõ facturos illos Indos ac Arabes ad me aditũ nec capturos occasionem. Ante omnia autem puto in promptu habẽda quæ subito desiderata difficillima uidentur, sicut Rutha, Aristologia, Agaricus, & similia, quæ contra uenena ualent ac in Gallia reperiuntur. hec enim sunt pharmaca ex quibus uera Theriaca componitur.

Gallica theriaca.

Quæ aduersus ualẽt uenena.

THERIACAE GALLICAE uera compositio.

CAPVT VI.

Scillæ pastilli. ACCIPE pastillorũ scillæ aũr. 48. seminis napi allei domestici, & syluestris, agarici albi & leuis singulorũ aũr 12. radicis pentaphyli, praßij, pulegij, gũmi, laricis, spicæ celticæ, id est, lauẽdulæ, ameos, camedreos, gẽtianæ, herbæ perforatæ siue ypericonis, dauci, id est, seminis pastinachæ syluestris, singulorũ aũr 4. centaureæ minoris, Aristolochæ rotũdæ, castorei singulorũ aũr. 2. Nucum iuglandium, caricarum pinguium, ruthæ, seminis raphani, lupinorum, seminis apij, serpili, trifolij, bethonicæ, nucis auellanæ, aristolochæ longæ, consolidæ maioris, dragonteæ singulorũ uncias 3. artemisiæ absynthij,

Theriacæ compositio.

Valet & pastinacha domestica siue bauchia.

Sunt ista oĩa in Gallia nota.

thij,baccharũ lauri,ſalis marini,panis porcini,yreos ſin gulorũ uncias 2. oſſis de corde cerui numero 6.ſeminis citri,pimpinellæ,granorũ iuniperi,celidoniæ,ſeminis feniculi,caſtanearum,radicis enullæ cãpanæ,ſeminis aniſi,ſeminis alteæ, camomillæ,cimini,coaguli leporis,glãdiũ querci,ſeminis rapæ,ſulfuris uiui,abrotani,nepitæ,ſeminis porri & cepæ,pulueris corallorũ alborũ & rubeorũ,balauſtiarũ,ſeminis berberis ſingulorũ uncias 2. cũ dimidia:tribuli,Kalẽdulæ,ſcabioſæ,mentaſtri,iringorũ, aſſodillorum,pulueris cancrorum aſſatorum,ſponſæ ſolis ſiue imtibi, roriſmarini,ſemperuiuæ ſingulorũ unciã 1.cum dimidia,trociſcorum ſiue paſtillorum uiperæ aũr 24. ſucci lactucæ & papaueris albi,radicis taxi barbati ſingulorũ uncias 2.Mellis gallici electi quod ſufficit,uini Beluenſis odoriferi antiqui trium annorum cocti lib. 4. liquefiant quæ ex eis liqueſcunt, & infundantur quæ infundenda ſunt,& terantur ſicca,& cribelentur,& conficiantur cum melle Gallico,& reponantur in uaſe uitreato, & conſeruetur theriaca, & non impleatur uas ut reſpirare poßit pharmacum. Hæc theriaca gallica, morbos omnes qui corpori accidunt ſanat,reptiliũ prodeſt morſuris, letiferiſq; potionibus & humorũ placat corruptionẽ. Qui autem biberit uenenum aut letale medicamentum de ea bibat drachmas 2. cum bini uncia. Nonnunq; autem quẽ momorderit ſerpens. Eſt enim hæc theriaca ſublimior medicinarũ compoſitarũ, & proprie in uenenis ſerpentũ ſcorpionis & canis rabioſi, & uenenis interficiẽtibus,& ad ægritudines ex pituita ac atra bile,& efficit has operatiões ꝓpter formæ ꝓprietatẽ eius

Panis porcinꝰ id eſt,ciclamẽ.

Vinum Beluẽſe per antonomaſiam ĩ Gallia.

Vires theriacæ Gallicæ.

Formæ proprietas.

sequentem complexionem simplicium, & confortat spiritum ac calorem uiuificũ. Consulo tibi de hac Antidoto accipere, quando frigido existente aëre iter agis, est enim uisceribus super omnia benigna. Noui autem eam & ad animæ prudentiam & acuitatem non esse inconferentẽ: sensus enim agere prompte efficit, & syncerum à uaporibus ostendens totum intellectum, & difficile passibile esse corpus præparat, ut neq; à delicio aliquo corrumpi possit, uaria enim & tanta mixtionis huius pharmaci uirtus præfatam eius uix passibilem efficit, & maximè ultra hæc aduersus ferarum mordicationes. infantibus autem omnino cauere oportet ab hoc pharmaco, maior est enim eorum uirtute magnitudo pharmaci, & dissoluitur corpus & innatum spiritum extinguit. Quum etiam si in calida terra conuersaberis, caue uti hoc pharmaco, & sufficiat tibi ea quæ ibi est caliditas. Quocirca neq; à primo ortu Iulij hominibus calidissimis existentibus, & multum habentibus eam quæ intus caliditatem, non uidetur conueniens hoc Pharmacum. Cum enim fuerit æstas consulo omnino non sumere de ipso pharmaco, calida enim existente constitutione ab ipsa theriaca calidior facta leditur corpus. Illis qui iam sunt in senio ac declinatione uitæ, cõsulo plurimum & non raro cum uino odorifero assumere, ut quod iam marasmatur corporis, & extinguitur innati calidi, reuiuiscere & reaccendi possit.

Autoris consilium.

Gallicæ theriacæ dotes.

Quibus nõ cõueniat theriaca.

Quo tempore diſconueniat.

SIMP

SIMPLICIVM VIRES QVAE in Theriaca Gallica ingrediuntur.

CAPVT VII.

Vires simplicium theriacæ.

HVCVSQVE theriacæ Gallicæ compositionem & naturam ac uires paucis attingere uisum fuit, tantum si adiecero singularum qualitatum earundem ex Græcis ac Arabibus autoribus uirtutem & operationem. De Scilla superius diximus, cum de pastillis scillæ mentio facta est.

Ampliora de Scilla dixim⁹ in officina nostra in capite de Bolhot, & Oximelle, de Squilla.

Napi à rapis longitudine imprimis differunt, quos apud Romanos Amiternum ciuitas in Sabinis laudatissimos mittebat. Est inter napos genus quoddam siluestre satiuum etiã radiculæ perexiguæ, nostri Rapontiũ uernaculæ dictitant bunion, Græci Napum uocant. Dioscorides cap. de Napis & Rapa: semen Napi, & rapæ antidotis & theriacis miscentur, uenenosis potionibus occurrunt, contra serpentis morsum & toxica dantur semen cum uino bibendum.

Napi. Rapontium. Dioscorides. Rapa.

Allium Auicenna cum uino dãdum præcipit aduersus serpentium morsus. Galenus uero theriacam appellat rusticorũ. At Horatius in Epodo illud execratur. Edat alliũ cicutis nocẽtius, O dura messorũ ilia. Serapion uero inquit, alliũ est sicut theriaca ad omne genus ueneni. Et Auẽzoar ait concordati sunt oẽs medici super alleis quòd loco theriacæ maioris offerãtur ad resistendum omnibus uenenis frigidis, & etiam conferunt calidis, & ad idem ualet & siluestre allium.

Allium. Galenus. Horatius. Serapion. Auenzoar.

Agaricus ut scribit Dioscorides cum aqua potatus omnibus uenenis cõtrarius probatur. Serapio autoritate Abẽmesuai de ꝓprietate agarici est laxare phlegma & est

Agaricus Gallicus. Serapio.

est cõtrariũ uenenis & dosis eius est à drachma 1. ad 2.

Pentaphyllũ Dioscorides. Auicenna. Pentaphylli radicem à Dioscoride commendatam inter uenena mortifera Auicẽna collocat, tantã habet apud medicos nostri temporis autoritatem, ut medicinã mortiferam faciat salutarem, sicuti pedem coruinum: salutarẽ autem pernitiosam, ueluti radicem pentaphylli & eius succum. De Pentaphyllo scripsimus in libro. 1. castigationum cap. x. in pentaphyllone sibi pugnare Theophrastum, Plinium, proinde & officinas hodie dissentire, ut necesse sit hic labi, tu cui palma debeatur ipse conijcito, ac uide. Dioscorides cap. de Pentaphyllone. quinq; foliũ, succus radicis eius mollis acceptus potionibus uenenatis occurrit. Multi pro pentaphyllone uulgarem accipiunt quæ passim in uijs etiam stratis nascentem herbam, ego non huius radicem accipiendam puto, sed eius quam Tormentillã uocant, quam licet septifolium maiore ex parte uideamus in Italia, hic hoc est in Gallia sæpius uidemus quinq; folium.

Dioscorides.

Tormentilla eadem cum Pẽtaphyllone.

Marubium. Marubium quod prasion eximie hæmothoicis utile. Sunt qui asterion, Romani Marubium dicunt. datur serpentum morsuris & his qui letale aliquid hauserint, & ut Dioscorides inquit uenena bibentibus subuenit.

Dioscorides.

Pulegium. Dioscorides. Pulegium agreste ut Dioscorides scribit, aliqui Calamentum esse dicunt: eius species tres sunt. Est prima species folijs ozino similibus. Secunda species uocatur agreste pulegium, quam speciem Latini Nepitam uocãt. Tertia species similis est mentæ agresti uirtus tamen omniũ est morsibus uenenatis occurrere si bibatur, uenenis enim potestatem amputat.

Pulegij species omnes cõtra uenena.

Lariceam

Lariceam uel Pencedinam resinam loco Terebēthinæ mercatores galli afferunt, arbor autem laricis nullum fructum affert, sed ex eius radice resinam trahunt, recentiores ac neoterici nostri communiter errant, ponentes resinam laricis pro terebenthina, laricis resina eadem uires habet ut terebenthina sed debiliores, & quia caremus uera terebenthina loco illius laricea in theriaca posuimus. De terebēthina & laricea ample scripsimus libro. 1. castigationum nostrarum capite XXV.

Larícea resina quā terebēthinā nostri falso appellant.

In lib. 1. castigationum ample scripsim⁹.

Spicæ Nardi sunt nouem species, inter quas est Celtica ualens cōtra uenena, & omnes herbas esse scias præter Indicam. de ipsa celtica ample scripsimus libro. 1. castigationum cap. VIII. & in horto nostro gallico: Genuates illam lauendulam nominant.

Spica Nardus nouē habet species.

Ameos ut scribit Dioscorides quando bibitur cū uino torsionibus confert & stransgurijs & morsibus uenenosis & prouocat urinam, & menstrua, & decoctio eius, inquit Abenmesuai, ponitur super punctura scorpionis & aufert dolorem eius.

Ameos. Dioscorides.

Camedreos ut scribit Dioscorides quando bibitur cū uino aut fit emplastrum confert morsibus uenenosorum & si teratur & fiant catapotia & administrentur confert etiam contra uenena.

Camedreos. Dioscorides.

Quercus terrę dicitur.

Gentiana ut inquit Guilielmus Placentinus radix eius in dolio seruata & tandem potata præseruat bibentes ab omni ueneno, pariter & comesta, & ut scribit Abix in gentiana est proprietas quæ confert morsui canis rabidi, & quæ est contraria uenenis mortiferis & aufert nocumentum eorum.

Guilielmus Placentinus.

Abix medicus Arabs.

Herba

Ypericon, id-est, herba perforata. Serapio.

Herba perforata siue Ypericon ut scribit Serapio autoritate Dioscoridis, quando bibitur cum uino confert morsu rutellæ.

Daucus. Dioscorides.

Daucus, id est bauchia siluestris ut scribit Dioscorides. semen eius cum uino bibitum contra uenena & morsum serpentum ualet.

Centaurea.

Cẽtaurea dicitur & chironion, quia curatus ea Chiron sit de utraq; scripsimus lib. nostro castigationũ. 1. ca. xx. Galenus capite de terra lennia maxime laudat Centaurium minus & Marubium aduersus uenena omnia.

Galenus.

Aristolochia. Dioscorides.

Aristolochiæ apud Dioscoridem tria sunt genera, rotunda, longa, & clematicis, longa morsibus uenenatis & potionibus uenenatis cũ uino data drachma 1. medetur, & imposita id præstat, rotunda uero facit ad uiperarum morsum & ad alia uenena extrinsecus.

Castoreum. Dioscorides.

Castoreum ut scribit Dioscorides cum uino bibitum potiones uenenatas non sinit nocere.

Nux iuglans à iuuando & glande uel potius quasi iouis glans, nam id genus arboris nuces habet suauioris saporis quàm glans, auto. Macrob. in Saturnalibus. Aristoteles de regimine principum ait. Qui uero comederit nuces cum ficubus & paucis fõlijs rutæ uenenum eadem die non nocebit ei. Isaac libro secundo Dietarum inquit. Nuces à ieiunis cum ruta manducatæ fiunt contra uenenum, & si ante cibum cum ficubus edantur contra rem uenenosam corpus defendunt. Et ut scribit Rabimoses libro. 1. cap. 4. Theriaca ex nucibus cõposita est, & insignis, ppterea oportet ut habeatur parata, nullum enim uenenum operatur in eo qui sumit eam ante cibum: &

Macrobius. Aristoteles.

Isaac ĩ Dietis.

Rabimoses.

componi

componi debet ex ficubus, nucibus, sale & ruta.

Nux quæ Auellana ab oppido Campaniæ ubi copiosior, cæteris minor est, hinc à poëta satyro, minuta nux uocata. Auenzoar inquit, dicunt quidam quòd comedere Auellanas & Nuces cum ficubus existit Theriaca paruis uenenis. Et Kyrandus capite de Auellanis. Auellanæ interiori cortice ablato non assæ ieiunis sumptæ fiunt cõtra uenenum. Auellana nux. Auenzoar. Kyrandus.

Ficus siue siccæ seu uirides è reliquis fructibus impendio laudantur in cibis ut scribit Galenus libro de Euchimia, & ex omnibus maximè nutriunt. Genera complurima annumerantur, herculaneæ harundineæ, callistrutiæ, lanianæ, abbulæ, chiemariscæ, africanæ, lidiæ, & chelidoniæ. Galenus & Dioscorides præceperunt si res uenenosa timeatur ut accipiant ficus siccas cum nucibus quibus uenenosa ante comesta refrenantur, post comestionẽ non minus subueniunt. Ficus. Galenus. Species caricarum. Dioscorides.

Rutam ut Dioscorides scribit uenenis resistere docent mustellæ, quæ quãdo serpentibus dimicaturæ sunt, cibo eius armantur. Docuit & Rex Ponti Mithridates, qui cum fratris sui uitaret insidias, rutæ folia uiginti cum nucibus totidemq; caricis admixto salis grano quotidie ieiunus accepit. Ruta. Dioscorides. Mithridates rex.

Raphanum Androcides contra ebrietates mandi præcipit, mire uenenis aduersari ueteres credidere, & semen eius cõfert uenenis sicut theriaca. ample de raphano scripsimus lib. 1. castigationum. cap. XXIII. Raphanum.

Lupinus in aqua maceratus post coctionem pro cibario est, aliter amaritudine gemina improbatur, unde qdã Lupinus.

Philosophus

philosophus dicere solebat, literas homini præstare quod aqua lupinis. ualēt lupini ad mundificandam faciem, & ad maculas abstergendas quæ ex rebus uenenosis fiūt & occidunt lumbricos.

Apium. Apium fōlia habet petroselino similia uerum maiora. Sapor est apio acutus & odoratus uelut aneto & fe-
Dioscorides. niculo, & ut Dioscorides inquit cōfert medicinis mortiferis & morsui uenenosorum.

Serpillum. Marcus Varro. Serpillum quod Græci herpillon à serpendo nomen accepisse author est Marcus Varro rei rusticæ tertio, ad
Dioscorides. medicinam efficatius siluestre. Vt Serpilli potentiam intelligas subdit Dioscorides theriacam in templo Aesculapij ab Antiocho rege Syriæ uersibus dedicatam, in quo non leuem sibi meruit portionem quæ fit ex serpillo, trifolio, aniso, feniculo, orobo, & apio, quæ datur cum uino, aduersus toxica & animalia uenenata.

Betonica. Plinius. Betonica domum in qua sata sit tutam reddit à piaculis omnibus. Plinius hanc inquit qui secum gesserit herbam, à nullo poterit nocuo medicamine lædi.

Dragontea. Oribasius. Dragonteæ radicem (ut scribit Oribasius) bibant cū uino aduersus uenena. Item dragonteam lichimachiam & mentam teres, cum uino bibant.

Laurus. Laurus Apollinis est arbuscula, ppter Daphnē quā amauit in ea deformatam, siue quòd spectatissima nasci-
Eusebius. tur in Parnaso. Esebius uerò scribit eā soli dicatā, quoniā ignea est, unde odio maxime à dæmonibus habetur, siue quòd plurimum sonat si uratur, quod prædicēdi artem designat. Sola arborum fulmine non tangitur. Et quādo sumitur in potu ut scribit Dioscō. cū uino pūctu-

re scorpionis

ræ ſcorpionis confert, & aufert morpheam.

Artemiſia ab Artemide dicta eſt, ſiue ab Artemiſia regina, cũ prius parthenis uocaretur, quæ omnibus fœminarum malis medetur. Contra ſerpentum morſus exhibetur. Vnde Macer ait: Artemiſia regina. Macer.

Affirmant quidam quiſquis guſtauerit illam
Quòd nullo ualeat nocuo medicamine ledi.
Si muſto contrita recens ſeruabitur herba,
Viuum prædictis reddit medicabile morbis.

Auerrhous uero inquit artemiſiam quoque ſecum habentibus negant nocere mala medicamenta. Auerrhous.

Iuniperus arbuſcula in harenoſis frequens naſcitur, coma uirens perpetua, durat & eius materia diutiſſime incorrupta, quippe quæ ſenectam cariоſam non ſentit. grana iuniperi ſumpta ſunt, ut Dioſco. cæteriq; medici ſcribunt, medicina contra uenena, cui non eſt par, & morſum ſerpentis curant. Iuniperus.

Tormentillæ radix eadẽ eſt cũ pentaphilone, quæ ad oĩa ualet uenena, ut ample ſcripſimus lib. caſtig. 1. cap. 10. Tormẽtilla eſt pentaphilon.

Chælidonia herba eſt, qua oculis pullarũ in nido uiſum reſtituunt hyrundines. Ariſt. hiſto. animaliũ 8. ſcribit Conturnices abire ducibus glottide otto et ortigometra atq; etiam Cinchrimo, à quo & noctu inquit reuocantur. Vt ab intoxicatione quis præſeruetur, ut ſcribit Guilielmus Placentinus chælidoniam ſecum habeat, & aliquando comedat, & ſuccũ hauriat: tunc inquit citius uenenum de manu caderet, q̃ de ipſo accipere poſſet. Ariſtoteles. Conturnices. Placentinus medicus.

Fœniculum Græco nomine marathrũ, oculorũ claritati mire confert. Angues per hyemem membrana cor- Fœniculꝰ græce marathrũ.

pori obducta fœniculi cibo impedimentũ illud exuunt se
Isaac. nectutẽ & uernationẽ uocitamus. Isaac Israelita inquit:
Radix fœniculi cum succo & semine potata ualet con-
tra icteritiam & contra uenena.

Anisum. Anisum in cõdimentis peculiarem gratiã habet à Py
thagora inter pauca laudatum, siue crudũ siue decoctũ,
apud Dioscoranisum uenenis occurrit.

Castanea. Castaneæ cum ficubus si comedãtur ut scribunt Gale
nus & Dioscũ pauca ruta præseruãt ab omni ueneno
hominem, siue ante cibum siue post accipiantur.

Enulla campana. Enulla ut scribit Serapio authoritate Dioscoquãdo
bibitur ex radicibus suis confert morsibus uenenosis
propter eius caliditatem.

Althea. Altheã silueſtrem maluã dixere antiqui, cuius folium
grãdiusculũ est, et albæ radices, & ab excellẽtia effectus
aristaltheã apostemata fere oĩa resoluentẽ. Maluæ gene-
ra duo Pli. posuit, quæ foliorũ amplitudine discernãtur,
in satiuis maiorẽ Græci melopem, alterã ab emoliendo
Dioscorides. aluo malachrẽ dixere silueſtrẽ altheã. Elixatura altheæ
ut inquit Dioscũ & maxime seminis eius cõtra oĩa uene-
na cum aceto aquæ mixto bibita opitulatur.

Camomilla. Dioscorides. Camomillæ herbæ tria sunt genera, ut Dioscũ scribit,
in flore distantia, ea uerò quæ est albi coloris ad uenenũ
cũ camedapne, id est infima lauro & camedreos & ca-
mepiteos æquis ponderibus, & ieiuno bibita cũ uino fa-
Ciminum. Persius. cit mirifice. Ciminũ calidũ est & aridũ in tertio ordi
ne, potũ pallorẽ adducit, ideo Persius pallentis grana ci-
Horatius. mini, & Horatius, biberent exangue ciminum inquit.
cum uino potum aduersum uenena remediũ est, aduer-

sumq;

sumq; uirulentos morsus, & maxime agreste, ut scribũt Dioscorides. Galenus. Dioscorides & Galenus. Coagulus omnis ut scribit Dioscorides. plus tamen omnibus leporis pondere granorũ. 36. ordei Coagulus leporis. cum uino acceptus, morsibus uenenatis occurrit.

Glandes quos Sardi castaneas aut lepomata aut Iouis balanum uocãt stiptici, & caro ipsorum ut ait Dioscorides. Glans. nenis occurrit. Quercus etiam stiptica, semen eius sumptum uenenis occurrit. Dioscorides.

Sulphur uero ipsum cuius genera quatuor posuit Sulphur. Pli. nascitur in insulis Aeolijs, inter Siciliam & Italiam. Sed nobilißimum in Melo insula, ut idem scribit. In Italia quoq; inuenitur Neapolitano Cãpanoq; agro & in collibus præsertim quod è cuniculis effosum igni perficitur. In Gallia etiam inuenitur, unde in ea plura sulphurea balnea inueniuntur. Sulphur uiuum teste Dioscorides. Dioscorides. nenis cum uino bibitum resistit.

Abrotanũ ut scribit Dioscorides. quando sumitur in potu Abrotanum. cũ uino ualet potionibus mortiferis, et suffumigiũ eis fugat oĩa uenenosa ex domibus, & ut scribit Macer serpẽtes nidore fugat, bibitumq; uenena illorum extinguit. Dioscorides.

Nepita ut etiam Macer scribit, serpentum morsus superaddita trita nocere non sinit, & pellit cum uino sumpta uenena. Nepita.

Cepæ plura sunt genera, nobilior est Ascalonia ab oppido Iudeæ. Cepa oculos mordet, unde lachrimosa dicitur à Columella. Si post comestionẽ ceparũ uinũ forte bibitũ fuerit, cõtra morsus serpẽtũ ualet, ut scribit Dioscorides. Cepæ. Columella. Dioscorides.

Porri duo sunt genera, sectiuũ et capitatũ, sectili Nero imperator authoritatẽ dedit, cum eis uteretur æstiuis Porri.

mensibus uocis gratia. porri, allia, & cepæ, si post comestionẽ eorũ uinũ forte bibitũ fuerit, cõtra morsus serpentum ualent, & prosunt eis qui ueneno sunt infecti, & frigidas passiones habentibus sunt ut theriaca, ut scribit Isaac Israëlita.

Corallus, Razes. Corallus ut scribit Razes 2. cõtinẽtis cap. 2. authoritate Chuzi est planta fontis, et oritur iuxta napellũ, & ualet cõtra morsum uiperæ & oẽs mortiferas potiones quantum theriaca, & destruit operationem napelli.

Malua hortulana. Razes. Maluæ hortulanæ decoctio, ut idem scribit Razes ualet contra mortifera uenena.

Berberis semẽ bibitũ, ut scribit Razes lib. cõtinẽtis 23. ualet ad uiperarũ morsum, et cõfert uenenis mortiferis.

Balaustium, Razes. Balaustium flos granatorũ medicinæ idoneus, & tingendis uestibus, quarũ color inde nomẽ accepit, è granis autẽ pressis uinum educitur quod Græci rhoiton nominarunt. Razes 22. capite de granato. Granatum incidit acceptum uenenum, & abstergit stomachum.

Tribuli, Rabymoses. Tribuli ualẽt cõtra uenena, unde scribit Rabymoses: quicũq; sumpserit uenenũ ignotũ sumat drachmas 2. tribuli cũ uino & semine rutæ domesticæ uel agrestis.

Mentastrum, Plinius. Mentastrũ siluestre, ut scribit Plinius, ualet aduersus oĩa uenena, & seruãtur oĩa folia arida ad farinæ modũ.

Iringus, ut scribit idem Plinius, ualet contra serpẽtes & uenenata oĩa nascens, aduersus ictus morsusq;, radix eius bibitur drachmæ pondere cum uino.

Affodilli, Hesiodus, Dionysius. Affodillos Dionysius marem ac fœminã esse asserit, & Hesiodus in siluis nasci dixit, bulbos eius cũ ptisana decoctos aptissime dari, panẽq; ex his cũ farina subactũ

salu

ſaluberrimum eſſe contra uenena marina.

Cãcri ut Pli. ſcribit & Gal. ĩ lib. ſimpliciũ cõfirmat, triti potiq; recẽtes ex aqua, ſeu cinere aſſeruato, contra uenena oĩa, & maxime cõtra morſum canis rabidi maxime proſunt. Cancri fluuiales. Plinius. Galenus.

Intuba ſiue ſponſa ſolis à ieiuno manducata, ſemper epaticis profuit, ut aſſerit Priſcianus, eadem dicitur cicorea, ualet ut ſcribit Platearius, cõtra uenenum ſi ſit ex morſu, trita uulneri imponatur. Cicorea ſiue intuba. Platearius.

Abſyntium herba notiſsima, ualet ut ſcribit Serapio authoritate Dioſco. cũ uino ueneno & conio & morſui animalis quod dicitur draco marinus, unde Macer: Obſtat peſtiferæ cum uino ſumpta cicutæ. Abſynthium. Serapio. Macer.

Salis modia Ancus rex millia ſex in congiario dedit populis, & ſalinas in quibus ſal primus inſtituit. Varro etiã uice pulmẽtarij ſale uſos ueteres ſcriptũ reliquit, à quo inter cætera ſalitũ deducimus, et ſalſamẽtũ ad uſum ciborũ. Cum ſale, organo & ysopo Dioſco. addito melle fit medicamentũ ad morſum uiperæ, & cũ ficubus, ruta, & nucibus contra peſtilentiam & omne uenenum. Sal. Ancus rex. Varro. Dioſcorides.

Ciclamen, id eſt panis porcinus, ut ſcribit Auerrhous radix eius ualet cõtra ſerpẽtes oẽs, in oĩbus ſerẽda domibus. De ciclamine multa ſcripſimus in Horto Gallico. Ciclamen. Auerrhous.

Irim quidam inter genera liliorũ poſuere, radice tantum cõmendatur nobiliſsimi odoris, ut ſalunca floret diuerſi coloris ſpecie ſicut arcus cœleſtis, unde nomen accepit. cum aceto, ut inquit Dioſcor. contra uenenatorum morſus utiliter bibitur. De iride ſcripſimus in Horto Gallico, ac in officina noſtra. Iris.

Os de corde cerui ſiue cartilago mẽbra uitalia con-

Serapio, fortat omnia, & ut scribit Serapio cap. 468. fumigium cum cornu cerui crudo fugat animalia uenenosa, & limatura eius cum uino occidit lumbricos, de illo scripsimus lib. primo castigationum nostrarum cap. 35.

Citra. Dioscorides. Auenzoar. Citronũ semẽ, ut scribit Dioscor. aduersum uenena oĩa prodest, morsusq; uirulentos, præcipue scorpionũ, pestẽ arcet, menstrua agit. Et ut inquit Auenzoar, comedere cortices citri cõfortat cor & oĩa mẽbra principalia, & semina eorum habent uenenorũ acuitatem remouere.

Pimpinella. Constantinus. Pimpinella, ut scribit Cõstantinus quarto panthegni siue practicæ, ita dico, si pimpinella cum uino bibatur et cum puluere gentianæ, allei, cinamomi, & centaureæ ab omni ueneno cor hominis defendit.

De libanotide lege hortum Gallicum. Rosmarinus siue libanotis herba odorẽ thuris habẽs, hæc trita & cum aqua sparsa per ædes pulices, nigellos necare dicitur: at succus eius pestilentiam, ac etiam regiũ morbũ pellit & uisum exacuit, ac cõtra uenena & aërẽ infectum multum prodest.

Semperuiua. Sẽperuiua eo nomine dicitur, quia nõ perdit fõlia, sed uiret semper. Et species sunt duæ, maior & minor, & quando sumitur in potu curat morbũ rutellæ, & cõfert fluxui uentris, & ut inquit Macer: Taliter & cunctis obstat potata uenenis.

Macer.

Lactuca. Galenus. Lactucæ à lacte autoribus Pli. et Var. noĩatæ, naturã habẽt refrigeratricẽ, & ideo per æstatẽ gratæ stomacho fastidiũ auferunt, cibi appetentiã faciũt, & somnũ consiliant, ut Galeno placuit, succus lactucæ potus, ut Plinius scribit ad duos obolos, serpentium ictus medetur.

Serapio de papauere. Papauer albũ ut scribit Serap. autoritate Abẽmesuai succus

ſuccus eius quãdo ex decoctione lauatur caput, facit dormire tẽperate. De illo non de Opio poſuimus in theriaca Gallica, ut tẽperet caliditatẽ aliarũ medicinarũ. Et ſic fecit Galenus in ſua theriaca. Nam opium quod ex lacte fit papaueris nigri thebaici ſumi per os non debet propter rationes quas poſuimus in fine noſtræ officinæ.

Opium per os ſumi nõ debet

Mel primus oſtendit Ariſtæus Athenienſis ut Pli. author eſt, alij inuẽtionẽ Theſſallis, alij Melliſo Cræſorũ antiquiſſimo regi aſſignant, nonnulli Baccho dederunt. Ouidius: à Baccho mella reperta ferũt. Itẽ: Liber & inuenti præmia mellis habet. Mel calidũ & aridũ in ſecunda manſione partiũ tenuiũ, abſtergens, uentrẽ ſuſcitat, urinã mouet, & uentrem nõ ſubducit, niſi multa miſceatur aqua.

Mellis natura & origo.

Tapſus barbatus ſiue flommos græce ut ſcribit Dioſco. uulneribus recentibus ſingulare præſidiũ eſt, punctum ſcorpionis mitigat, ac ut expertus ſum omni ueneno reſiſtit.

Tapſus barbatus. Dioſcorides.

Kalendulæ ſucci ſi quis initio peſtilẽtiæ febris uncias duas aut tres ad ſummũ biberit, deinde ueſtimẽtis operiatur, liberũ reddit ab ea labe, ut Alexã. Benedictus ſcribit.

Kalendula in peſte valet per experientiam.

Scabioſæ ſuccum multi ad hos uſus efficaciſſimũ prædicant, quo ueneni uis 12. horarũ ſpacio propellatur.

Scabioſæ virtus.

Vinum à ui nomen mutuatur, ut placet Varroni. Primus Ariſtheus mel uino miſcuit ſuauitate præcipua, ut ſcribit Pli. & mulſi nutritu multos inquit longam ſenectam toleraſſe cõſtat. Pollionis Romuli exemplo, qui centeſimum annum excedens cum à diuo Auguſto hoſpite interrogaretur quanam ratione uigorem illum cuſtodiſſet, intus mulſo, foris oleo reſpondit.

Vinum. Ariſtheus. Auguſtus.

THERIACAE GALLICAE PROPRIETAS.

Theriacę gallicę virtus.

HAEC THERIACA *noſtra Gallica ſtomachum excitat, uętoſitatem mitigat, digeſtionem accōmodat, phlegma & bilem educit, uitia quoq; pectoris, hepatis, ſplenis, & rhenū curat & mitigat, caliginē oculorū & uertiginē capitis & rheumatiſmū fauciū ſedat, dolorē de thorace ſedat, pulmones facilitat, cordis dolorē tollit, ſpleneticos curat, tuſsim ſoluit, omnē dolorem colicū cōpeſcit. Valet & ad omnia uenena ſerpentū, & aduerſus omnia toxica, nocumētū medicinarū nocentiū prohibet, præſeruat hominem à uenenis mortiferis.*

THĒRIACAE, AVICENNAE, RASIS, Serapionis aliorumq; medicorum Arabum, ac Mahumetēſium nocumēta.

Verę Galeni theriacę nō habet cognitio.

NOS IN *præſentiarū demōſtremus q, noſtra æta te ueræ theriaces Andromachi uel Galeni nō habeatur certa cognitio, quando multa exiſtant ſimplicia medicamēta, ad eiuſdē cōpoſitionē neceſſaria, quæ noſtro hoc æuo neq; à Græcis, neq; à Latinis, nedū à Barbaris, cognoſcātur, quemadmodū ſuperius cap. v. diximus, &*

Galenus.

libro noſtro caſtigationū cap. i. Iam ſi ut ſcribit Gale. in libro de Theriacæ cōpoſitione ad Pāphilianū, Vnius medicaminis adulterati uitiū poteſt totā theriaces ſtructuram corrūpere, qui nos ſperare poſſumus eādē mixturā optime cōfici, ubi maxima ac præcipua ſimpliciū medicaminum quæ in ipſa iungūtur, pars ignoretur? At eius ignorātiæ nulla alia cauſſa, niſi q, à Græcis ad Arabum

Arabū caligo.

Barbarorūq; lupanaria defecimus. Cū itaq; hi qui Arabum

bum placita sectãtur, in magna caligine rerũ uersentur, facileq; infinitis errorũ nexibus implicẽtur, cogitẽt studiosi ut à fontibus potius Græcis, ac etiam Latinis, quàm Arabũ lacunis theriacã naturæ humanæ amicã hauriãt. Auicẽna, Razes, Serapio, Antidotũ quod Tyriacã à Tyro serpẽte, quẽ huic Antidoto addere oportet, nomẽ traxisse asserunt, cũ potius teste Galeno in suo de Theriaca ad Pamphilianũ libro à trãquillitate quam ægris afferre solet, sic nominata sit, eiusq; Antidoti diuersas afferunt Arabes cõpositiones, & ad cõmendanda pigmenta quæ aliquando precioſa fuere propter raritatem, nunc uero adulterata, sophisticata, corruptaq; sunt, ingentes pecunias hauriunt. Et ut uerbis Plinianis utar, appendunt nãq; singulas lib. uicenis sextertijs, & infeliciũ crudelitatẽ ut illis persuadeãt emere quæ noceãt. Nãq; alia stomachũ lædunt, ut illorũ terra quam sigillatam nominãt, alia caput ac spiritus aggrauant & stupefaciunt, ut Opium. Alia pallorẽ afferunt, & corporis maciẽ prout sunt adulterata illa ligna ac semina carpobalsamum, pilobalsamum, Amomum, & similia. Et ita frequẽter accidit, ut hi qui illorum Antidotis ac theriaca usi sunt, miserius morerẽtur quàm si bibissent uenenum. Quid quæso commercij opij theriaci mortiferi? uile est mihi colcotar siue uitriolum minerale, uile est illorum adulteratũ bdellium, uilis illa Mirrha fœtida nõ odorata, uile aspaltum non Iudaicum sed adulteratum. Quid ad hoc respõdebunt? edat si uelit Auicenna hyoscyamũ & euphorbiũ, bibat Serapio si placet Opium quod & Mesues cõsulet, sed hæc Cãpegius non sumet, nõ apud se habebit

Auicenna. Razes. Serapio. Galenus.

Plinij verba in suo methodo.

Antiquę theriacę nocumenta.

Opiũ vile ac pernitioſum. Mirrha & bdelliũ a pharmacopolis vix diſcernuntur. Hyoſcyamus opium ac euphorbiũ pharmaca pernicioſa.

hyoſcyamũ nec opium. Remitemus igitur ſimiles lernas ſylueſtres illas rus unde uenere. Nos uero albũ papauer aut lactucã loco opij ac hyoſcyami in Gallica noſtra theriaca habebimus. Quapropter hallucinãtur medici iuniores ac pharmacopolæ theriacã Andromachi ac Galeni nobile quondã Antidotũ apud Græcos, nõ à trãquillitate nec à feris ſed à Tyro nuncupantes, cuius etiã cum certa non habeatur ſciẽtia, nihil mirum ſi eos non præſtet effectus, quos de ea ueteres Græci ac Latini pollicẽtur. Frigidum ergo plane eſt barbarorũ hoc eſt Auicennæ, Razis, ac Serapionis cõmentum, qui multa ac plurima in theriacæ deſcriptione commiſerunt, ſicut ut quòd princeps Arabum Auicenna bis repetit, Centaurion ac Pentaphilon prætermittit. Ignorauit igitur uere theriacæ Andromachi ac Galeni Auicenna deſcriptionem.

Andromachi ac Galeni theriacę adulteratæ.

Frigidum commentũ barbarorum.

DE ANTIDOTO Mythridatico cõtra uenena.

ANTIDOTVM Mythridaticũ laudãt Barbari ac Arabes medici eiuſq; diuerſas afferũt cõpoſitiones ad commendanda Arabum pigmẽta. Nãq; aliqua caput lædũt, alia ſtomachũ grauãt, alia pallorẽ afferũt, & corporis maciẽ, & ita frequẽter accidit ut hi qui illorum antidotis uſi ſunt miſerius morerentur quàm ſi biſſent uenenũ. Ea ſunt mirrha adulterata, inodorata, uitriolum ſeu calcantũ, feſtucæ ſquinãti non ſquinantum xilobalſamũ, Galbanũ, ſolliũ Indum, caſſia lignea inodorata, Hermodactilli, Balſamum adulteratũ, Carpobalſamum, bdellium adulteratũ & inodoratum, Opium thebaicum, Acatia, Therebẽtina, Calamus aromaticus, Bitumen Iudaicũ adulteratũ. Aliqua ex iſtis noſtro æuo neq;

Simplicia adulterata quæ in antidoto reponũtur mythridatico.

Quę pharmacopolis incognita ſunt.

à Græcis,

à Græcis, neq; à Latinis, nedũ à Barbaris cognoscuntur, ut cassia lignea, follium indum, acacia, balsamũ, carpobalsamum, xilobalsamum, bdellium, mirrha odorata, therebentina ex grano uiridi & alia multa. Alia uero periculosa sunt ut opium, galbanum, uitriolũ, nitrum, id est sal petræ machinis bellicis ad expugnanda monstra utile. Hermodactilli qui aliquando & ut plurimum ignorãtur à pharmacopolis, & loco illorũ ephemeros & colchicos uenenosos loco illorum ponunt. Alia uero inutilia, nullius ualoris sunt ut festucæ squinanti. Antidotum igitur mythridaticum ab Arabibus ac pœnis inuentum non à Mythridate rege compositũ, tãquam uenenũ Persis ac Pœnis relinquimus. Plura ea de re offendes in nostra officina, ac in libro nostrarum castigationum.

Rusticorũ potius quã nobiliũ simplicia.

ANTIDOTVM A MYTHRIDATE rege Ponti inuentum ac probatum.

POMPEIVS autem magnus Mythridate deuicto in scrinio eius inuenit ipsius manu scriptã cõpositionem qua ipse præsumpta aduersus omnia beneficia in totum diem tutũ se incolumẽq; præstabat: in qua nuces iuglandes duæ, ficus siccæ 2. rutæ fõlia 20. salis granũ 1. in uinum contunduntur & deuorantur à ieiuno.

MYTHRIDATVM GALLICVM aduersus omnia uenena.

ACCIPE rutæ uncias 4. nucum iuglandiũ, auellanarum singulorum uncias 2. ficuum siccarum uncias 3. centaurij minoris uncias 4. Aristolochæ rotundæ unciam unam, salis marini unciam dimidiam. Croci Gallici drachmas 2. Agarici gallici drachmas 6. seminis pastinachæ

Istud mythridatũ Gallicũ ad plures valet ęgritudies, in eo ingrediũtur quę a Gallis inueniunt.

pastinachæ sylvestris, gētianæ, florū rorismarini, id est libanotidis, seminis feniculi, anisi, passulorum, baccarum lauri, Ciperi, singulorū uncias 2. cum dimidia: scabiosæ, chælidoniæ singulorū unciam unam cum dimidia, gummi laricis unciass 3. Cancrorū fluuialium adustorū uncias 2. limaturæ cornu cerui unciā 1. terēda terātur, infū dātur in uino beluensi antiquo odorifero quæ infundēda sunt, mellis gallici dispumati quod sufficit, misceātur & seruētur, & sit dosis sicut auellana cū uino odorifero.

VIRTVS GALLICI MYTHRIDATICI.

MYTHRIDATICVM Gallicū cōfert eis quorum infrigidātur corpora, & illis quæ cōstructionē habēt pectoris ac obstructionē iecoris sanat, ualet ad tussim antiqnā, & ad saniē in pectore & putrefactionem humorū, ad diariam, & incitat appetitū, facit colorem uiuidum, calculū renū minuit, facilitat urinā, acuit uisum, prohibet omnia uenena pernitiosa ne noceāt homini, & præseruat hominē ab omni ueneno mortifero.

THERIACA MIRABILIS PROBATA morsibus serpentum & reptilium.

Valet hęc theriaca ad varias ęgritudines.

ACCIPE aristolochæ lōgæ, gētianæ, raphani, piretri purgati, baccarū lauri singulorū unciā 1. aristoloche rotūdæ, Artanitæ, id est panis porcini, yreos singulorū unciā, unaquæq; species per se teratur addēdo mellis quātū sufficit, dosis drachma 1. uel drachma 1. cū dimidia cū aqua calida. Antidotū Mythridatici cū faciens ad omnem uenenatam potionem, & ad morsum ferarū & canis rabidi, ac serpentum, totum corpus à malis humoribus mundat. Valet in præseruatione sanitatis, ita ut aliqui

aliqui affirmauerũt quòd si quis omni mane comederit, nõ infirmabitur usq; ad diẽ mortis naturalis, nec passionis periculũ incurret, præseruat enim ac cõseruat sanitatem. Accipe seminis feniculi, cymini, thini, saluiæ, pulegij, origani, ciperi, abrotani, raphani, seminis petroselini, camedreos, dauci, eupatorij, trifolij, serpilli sicci, gẽtianæ, aristolochæ longæ, lauri, betonicæ, consolidæ maioris singulorum uncias 2, seminis rutæ, seminis erucæ, acori, dragonteæ singulorum unciã 1. hæc omnia pulueriz entur addẽdo mellis gallici dispumati quod sufficit. Dabis fẽbriẽtibus post digestionem humorum cum aqua lactucæ ad quãtitatem auellanæ, simis sine fẽbre cum uino in modum auellanæ, detur uenenatis & morsu rabidis ipsam mensuram à ieiuno. Aliqui addũt piper nigrũ, spicam & cassiam ligneam & piper album, sed hæc quæres extra Galliã, nec necessaria sunt Gallis.

In prẽseruando sanitatem prodest plurimum.

THERIACA IOANNIS DAMASCENI
morsibus reptilium, serpentum, scorpionum & mortiferis potionibus subuenit.

Accipe baccharum lauri, gentianæ, aristolochæ lõgæ singulorum partem unam, costi amari, aristolochæ rotundæ, rutæ, singulorm partẽ dimidiã, mellis quod sufficit addendo croci, spicæ singulorũ partem quartam, dosis drachma 1. cum calida.

THERIACA DIATESSERON
ex inuentione nostra.

Accipe baccharum lauri, rutæ, aristolochæ rotundæ, gentianæ singulorum partem unam, confice cũ melle dispumato, dosis eius ab aũr. semis ad aũr. 1.

Theriaca de quatuor rebꝰ.

conset

confert morsui scorpionis & potui ueneni. Ab hac remota est mirrha, quia apud nos non reperitur bona. Nam teste Dioſco. debet esse cum acrimonia, amara & odorata, ponderosa. & Oribasius dicit: mirrha amara est & bene olens & subacrum habet saporem, quæ omnia in nostra communi myrrha non reperiuntur.

Theriaca inuẽtionis nostræ septem herbarũ iouialiũ ualẽs ad omnia uenena, nõ à cõplexione elemẽtari, quia calida uel frigida, sicca uel humida, sed quia abdita.

Herbæ istę sunt de melioribus contra venena.

Accipe hypericonis id est herbæ perforatæ, uincetoxici, enullæ cãpanæ, raphani, diptami, aristolochæ lõgæ & rotundæ, lactucellæ singulorũ uncias 3. omnia simul cõquassentur & decoquantur in lib. tribus aquæ usq; ad consumptionẽ mediæ partis, & postea passentur omnia per pannum cũ melle quod sufficit, iterum decoquendo fiat in modum theriacæ, & de ea capiat drachmas 2. aut tres. Vnaquæq; istarũ herbarũ dicitur æquipollere theriacæ Andromachi, ita ut uulneribus uenenosis succus alicuius prædictarũ datus in potu uulnera ueneno infecta purget & sanet, & sic antiqui purgabãt uulnera omnia antequam noticiam haberent theriacæ. Si autem nõ inuenias diptamũ quia propria est herba Cretæ insulæ, & apud nos non reperitur laudabilis, alias loco illius ponas in theriaca, ut sunt ruta & scabiosa.

SIMPLICIA QVAE INVENIVNTVR in Gallia, & ualent aduersus uenena.

RVTA, NVX iuglans, auellana, ficus, anchusa utraq;, scilicet maior & minor, raphanus, similax aspera, scordeum, id est alleum syluestre, alleum domesticum,

mesticum, serpillũ, trifollium, betonica, artemisia, absyn thium, semperuiua, saphirus anicienſis, endiuia syluestris, bacchæ lauri, sal, castoreum, assarũ, ualeriana, dancius, apium, aristologia longa & rotunda, gentiana, ciclamen, yreos, pupillæ oculorum ceruorum, citrus & semen præcipue, pimpinella, castanea, iuniperi semen, semẽ feniculi, celidonia, agaricus albus & leuis, althea, camomilla, ciminum, pulegiũ, coagulũ leporis, quercus & fructus eius, cinis cancrorum fluuialium, iringus, lac, malua, pix liquida, pentaphylon, praſium, rapa & semen eius, sulphur uiuum, peristercon id est columbina herba, tapsus barbatus, sanguis anatis, caro gallinæ nouiter occisæ si fiat malagma, cerebrum gallinæ bibitum, brioniæ radicis succus uncia 1. semis, dragontea, cicorea, nigella, cepa, porrum, scabiosa, Kalendula, herba perforata, rosmarinus, oleum de auellanis, oleum de lateribus, mentastrum, semen coriandri, balaustia, anisum, tribulus marinus, acetum, laurus, abrotanum, iringus, affodilli, acon siue dracuncu-lus, napi, bolus non armenus, sed allobrogus, enulla cãpana, agrimonia, siue ut Leonicenus inquit eupatorium, scilla, gummi omnes & præsertim laricis, quæ pro terebenthina ponitur cum careamus terebenthina.

FINIS.

Univ
Dipar